


*author est Proserius Summius eius amorem  
ut patet ex sequenti liby in octa eius tractatus  
este libro*



LIBER INCIPIT DE ORIGINE AC DIFFE-  
RENTIA PRINCIPATVS IMPERIALIS  
ET REGALIS ET DE ANTIQ VITATE  
ET IVSTICIA VTRIVSQ VE ET IN  
Q VO ALTER ALTER VM EXCE  
DAT ET AQ VO ET Q VIBVS  
CAVSIS REGES CORRIGI  
ET DEPONI POSSINT.



b. 14802594



LEO. PP. X.

Dilecto filio Ferdinando de Fontecha Archidiacono de Arenalo  
Scriptori apostolico familiari nostro.

**D**ilecte fili. Sal. & aplicā beñ/Novos p̄batoꝝ auctoꝝ libros p̄  
dētib⁹ p̄no affectu fauere & Spalein grām facere volētes/ea libēter  
& fauorabl̄r cōcedimus/p̄ quē & ipsi aliquo hmōi suscepti laboꝝ  
ris fructib⁹ gaudere & alios eoꝝ exēplo ad similia faciēda/vehemē  
ti⁹ excitari possint. Cū itaq; sicut accepim⁹/bo. me. **Roderici Ep̄i**  
**Zamoren̄ Arcis sc̄i Angeli de vrbe tpe. F. R. Pauli. pp̄. ii. Cast el.**  
lani auūculi tui viri suo tpe eruditissimi liber/cui titul⁹ est de origi  
ne & d̄ria Prīcipat⁹ imp̄ialis & Regalis/& de Antiquitate & Iusticia  
vtriusq; & i quo alter alteꝝ excedat/& aquo/& qb⁹ cāis reges cor  
rigi & deponi possint/ad man⁹ tuas puenerit/tuq; eū primus i lucē  
edere iustitueris/paidēdū duxim⁹/ne si tu illū i primas/stati emissū/  
alii quoq; i p̄iuditiū tuū i primerēt. Motu pp̄rio & ex certa sc̄ia n̄ra  
tibi soli p̄ te vel aliū seu alios noīe tuo/si extra vrbe Romā ordina  
rio & inq̄sitori loci/si vero i vrbe Vicario n̄ro & Maḡo Sacri n̄ri  
Palatii approbatib⁹ & cōsentiētib⁹ ip̄m librū i primēdi licētiā cōce  
dim⁹/& facultatē dam⁹ oib⁹ & singlis Calcographis/Bibliopolis/  
& aliis q̄buscūq; ad quos quolibet spectare possit/vbilibet cōsistē  
tib⁹ sub excōis late snie/libroꝝ amissiois/& decē duc. auri p̄ quoli  
bet volumine tibi & exactori eꝝq; applicadoꝝ p̄eis aucte aplicā hāꝝ  
serie ihibētes/q̄tenus nemo eoꝝ cuiuscūq; cōditiois & vbicūq; fue  
rit eundē librū sine exp̄sso cōsensu tuo p̄ decēniū ab ipsoꝝ libroꝝ  
emissiois die cōputādū i primere/seu v̄dere/nisi p̄ te/vt premitit⁹/  
ip̄essum audeat/vl̄ p̄sumat. Mādātes i virtute Sc̄e obediētie Vene  
rabilib⁹ fr̄ib⁹/P̄riarchis/Archieꝝpis/Ep̄is corūq; Vicariis & aliis p̄so  
nis i dignitate eccl̄iastica cōstitutis n̄ris vero. **S. R. E.** subditis sub  
n̄re idignatiois pena/ceteros aut̄ d̄nos tpales & eoꝝ officiales nobis  
nō subditos benigne req̄rētes/vt p̄ n̄ra & ei⁹ sc̄e sedis reuerētia tibi  
aduersus quoscūq; cōtraueniētes oī sua extra & studio tā i publicā  
dis/q̄ exigēdis penis p̄dictis faueāt/& assistāt/p̄missa oīa & singula  
obseruādo/& ab aliis inuolabiliter obseruari faciēdo cōtrariis nō  
obstañ q̄buscūq; volum⁹ aut̄ hāꝝ exēplū i p̄rio cuiuscūq; libri p̄dicti  
folio imprimi/eiq; ac si presentes essent/sidem vbilibet adhiberi.  
Dat. Romę apud Sanctū Petrū sub annulo Piscatoris die. xvii.  
Augusti. M. D. XXI. Pont. n̄ri Anno Nono.

Euangelista.



REVERENDISSIMO PATRI ET D. DOMINICO  
DE IACOBATIIS. S. R. E. TITVLI SANCTI  
CLEMENTIS PRESBITERO CARDINALI  
FERDINANDVS DE FONTECHA  
ARCHIDIACONVS DE ARE,  
VALO PROTHONOTA,  
RIVS ET SCRIPTOR  
APOSTOLICVS  
FELICITATEM  
P. D.



**C**ogitabam Reuerēdissime pater superioribus die  
bus ac animo meo semper voluebā quonā pacto  
& carceribus obliuionis eriperem & p̄ reipublice  
Christiane vtilitate in lucē dare opera siue scripta  
Reuerēdi admodum & bo. me. Roderici Sanctii  
de Arenalo Epi Zamoreñ ac deinceps calagurritan̄ & Palentiñ  
p̄fectiq; fidelissimi arcis Sancti Angeli aunculi mei omni obser  
uatione dignissimi Verebar enim ne dum celeberrima eius scri  
pta mea incuria delitescere sinerem de singulari erga me viri opti  
mi beneuolentia viderer male mereri quidum vixit me paterno  
amore prosequeretur Aliud quoq; me anxie commouebat ne  
a Christo seruatore acriter de ingrati animi vicio negligentia q;  
reprehenderer cum seruo illo qui in euangelio sigillatur ob id  
vnum q; talentum a dño acceptum in terra abscondisset & absco  
ditum dūtaxat conseruasset & non potius cum eo rem suam au  
xisset. Angebar preterea q; cum hoc facere instituissem vt illius  
sapientissimi viri tam decantatas lucubrationes in publicū darem  
Archetypum (quod originale appellant) codicis vnus elabora  
tissimi operis de origine ac differentia principatus imperialis ac  
Regalis elapsum michi fuisse de manibus reperio Nāq; cū olim  
victus flagitationibus Reuerendissimi Cardinalis Lusitani librū  
hunc illi comodasset ille alectus libri preciosa supellectile nūq̄

amplius restituere michi voluit Cum magna mei & christiane re  
ligionis iactura inter has angustias iactatus perquiro diligentissime  
inter eruditissima serinia & schedulas ac librorū reliq̄as auunculi  
mei sapientissimi si forte fortuna quicq; quod legi posset huiusce  
operis inuenirem & post multos dies reperio librum hunc memo  
ratim ac minutatim cōscriptum eo modo quo virille nūq̄ satis  
laudatus velocissime composuerat erat enim pliniano more tem  
poris parcissimus quē cum vidissem tantulum exhilaratus sum.  
Sed Rursus obrutus mestitia quia operi concinnatio manusq;  
auctoris vltima deerat At cum hec cogito & quid faciam ignoro  
ecce affulxisti tu ecclesie sidus lucidissimum qui michi lucem ac  
animum prebuidisti Codicem vt erat tetrum mancum & squalore  
plenum accipiens & illum illustratum tuis scientiarum radiis red  
dens. Et cum per aliquot dies emendasses tua Castigatissima cen  
sura & pristine sue integritati reddidisses Atq; opus hoc pene  
mortuum ac deploratum ad vitā tuo studio ac labore reuocasses  
michi restitui lubes Ego vere neminē ex tot ecclesie cardinibus  
censui tam huius operis dicatura dignum q̄ te pater amplissime  
quippe qui illud emendare dignatus est & ita virtutibus exagge  
ratus vt tota Ro. cu. in te vnum tamq̄ in aliquod phidē signum  
oculos coniciat Noui tue vite castam religionem Noui animi  
tui integritatem singularem Noui mentem equi boni claustris cir  
cumscriptam propter que libens in clientelam tuam cucurri totū  
q̄ tue me mandauit ac cōmissi fidei tu q̄ me pro tua modestia sem  
per amasti & amicitia tua dignum iudicasti Suscipe igitur hoc  
opus cum animi mei tibi obsequentissime significatione presulū  
decus & ab Inuidorum moribus tue defensionis clypeo Sacru  
rectum sincerum integrumq; conserua vale.

A. iij



AD REVERENDISSIMUM PATREM  
 Dominum dñm Rodericum Borza. S. S. Ro. Ecc. Dyaconum  
 Cardinalem & Vicecancellarium liber incipit de origine  
 ac differentia principatus imperialis & regalis & de  
 antiquitate & iusticia vtriusq; & in quo alter alterū  
 excedat & aquo & quibus causis reges corrigi  
 Et deponi possint Editus a Roderico Epō  
 Zamoren Sanctissimi Domini nostri  
 Pauli Secūdi in Castro Sancti an-  
 geli de Vrbe Castellano.



Euerendissimo In xpo patri & domino dño  
 Roderico Borza Tituli sancti Nicolay in  
 carceretuliano sacrosancte Romane ecclesie  
 diacono Cardinali apostolice sedis Vicecā-  
 cellario Dignissimo Patri & Domino suo  
 singularissimo eiusdem. R. P. obsequenti-  
 mus filius ac humillimus seruitor Roderi-  
 cus Episcopus Zamoren Sanctissimi. D. N. Pauli Secundi Pon-  
 Max. in Castro suo sancti Angeli de Vrbe Castellanus se ipsum  
 cum humillima Vtriusq; hominis inclinatione cū in hac mundi  
 Senescēte etate in qua fines seculi nos deduxerūt longe turbatiora  
 maioraq; in Xpiano Populo dissidia cernamus q̄ in nostrorum  
 antiquoꝝ codicibus siue annalibus legamus merito eadem vestra  
 R. P. Pro ingēti Vtriusq; sui hominis Nobilitate ac feruētissimo  
 Zelo ad Xpiane Reipu. pacem quietem & augmentū atq; infide-  
 lium expugnationem Plurimum anima angitur ac merito intrā  
 se coneritur. Pro eo maxime grauiſſima illo presertim tempore  
 efulsa sit cōtentio inter Principes catholicos quo magis infideles  
 cōtra nos vniuntur. Tunc intra se se Principes nostri desident atq;  
 concertant cum magis Pagani ipsi in eos armantur quippe reges  
 ipsi catholici nonsolum fidei glutino sed propinquissimo nature  
 & necessitudinis vinculo deuincti Illud infœlicibus diebus in

*tenet principes xpiani desident  
 et concertant, qui pagani in eos  
 armantur.*

testino & plusq; ciuili quinimo domestico dissidio se se dilaniant  
 quibus perfidi infideles crucem Xpi blasphemantes nec se attinē-  
 tes in odium nostrum in euerſionem nostram iunguntur & fede-  
 rantur vt de eis ipsis Xpianis principibus diuina scriptura dicere  
 videatur facti sunt principes eius velut arietes pugnātes cornibus  
 O humanas mētes facinoribus nostris obtrectatas O mortalium  
 ingenia sinistris passionibus tenebrata vident Catholici principes  
 comune omnium Regnorum incendium ab infidelibus parari  
 dum ipsi inter se super regnis concertant cernunt omnium fidelium  
 naufragium ipsi vero non desalute sed vt Hennicus ille dicebat  
 Aut potius irridebat super gubernatione contendunt auferuntur  
 ab infidelibus que iuste possidemus & neq; in principibus no-  
 stris cessat regnandi ambitio super regnis contendunt vt ea facie-  
 lius hostibus fidei lucro fiant Plurima certe mea re. Dissertissima  
 quidem sed ingenti dolore & compassione plena vestra. R. P.  
 Disserebat que mentes ferreas ad lachrimas prouocabant habet  
 enim hoc proprium nobilis clarusq; sanguis ac altus animus vt  
 quadam teneritate nature facillime cladibus potentum illorūq;  
 desidiis compatiatur atq; tanto maiore cum mœsticia Illustrium  
 nobiliumq; virorum ac clarissimorum Principum turbationes  
 repentinos casus & regnorum euerſiones ac mutationes intueatur  
 quanto magis cognoscit quibus laboribus quotue periculis re-  
 gnum Principatus nobilium status comparetur simul & conser-  
 uetur. Addebat rursus eadem. R. V. P. id quo magis audientes  
 lachrimas erupebant nihil tetrius nihil Crudelius nihil deniq;  
 inhumanius aut excogitari aut dici potest q̄ ob regnandi cupidi-  
 nem cuius gloria breuis est & tamq; flos agri sic transit & areſcit  
 filius in patrem Pater in filios frater in fratrem propinquus in sibi  
 cōuinctū seuiat insurgat & quos vnus Idemq; paruus venter ad-  
 misit atq; sustinuit magna prothdolor regna non capiant vt de  
 illis scriptura dicere videatur filius meus qui egressus est de utero  
 meo insidiatur anime mee & Rursus filius matris mee pugnat  
 contra me Hec itaq; infœlicia tempora Ezechiel propheta desi-  
 gnare potius deplorare visus est sanguis inq; perſequetur sanguinē

*facti sunt principes be-  
 lici arietes pugnātes ar-  
 nib;*

*clarus sanguis et altus  
 animus, hoc habet, vt q̄  
 dat tenet tunc nature  
 cōtinēte cladibus aliūq; com-  
 patiat.*

*regnandi hinc agri, vt filij  
 in patre, p̄z in filijs et  
 ḡ*



& conuincit conspirat in propinquum suum Hec & pleraque alia  
 sempiterna certe commemoratione digna vix vestra. R. P. exple  
 uerat Et ecce vnus ex hiis dignissimis patribus qui aderant causas  
 sciscitatur cur potius ex hiis nostris quam preteritis diebus Principes  
 ipsos in principes non modo eiusdem familie & generis sed in  
 inuisos ignotosque insurgere seuire persequi ac sedibus pellere cer  
 namus cuius gitor Hinc inde sermo decurreret non defuit qui ea  
 Principum desidia Euerfiones ac Regnorum translationes astro  
 disponi ascriberet dicebat enim Aristotelis fore finiam quibusdam  
 ex figura celesti pro quodam certo designatoque constellationis  
 tempore datum esse non numquam optime studioseque plerumque prau  
 & tyrannice Politizare sine principarii sicut plerumque ex eisdem cor  
 poribus celestibus quosdam dissentire Rixas lites bella mouere  
 discordias agere inclinatos fore Alii vero ardentiori quam expedit  
 Regnandi cupidini que in dies crescere videtur & plus solito al  
 terius potentie impatiens existit attribuere visi sunt quia secundum  
 gregorium, auiditas dominandi desideratis rebus non extinguitur  
 sed augetur que semper inhabendis non inhabitis finem coltituit  
 & seneca eo maiora cupimus quo maiora veniunt Nonnulli tantum  
 diuturne quieti & longe armorum vacationi que plerumque quandam  
 Rubiginem viciorum contrahit nec ei se & vires suas experiri  
 licuit accomodare conati sunt nam vt aiunt longa pax si longa  
 virtute non fuit imbuta, hostes querit & cum non habeat, secum  
 decertat Item Christophorus & ber. super cantica qui sunt superbo  
 oculo & infaciabili corde inquieti sunt in media pace & anelant  
 ad gloriam mundi nec pacem retinet nec gloriam quam appetunt  
 apprehendunt & Iterum Grego. nonnulli quo magis pace fruuntur  
 tanto robustius aliorum afflictionibus student Rursus nonnulli  
 regnorum magnitudini & potentie ascribere putarunt hii. n. dum  
 maiores sunt magis se ad altiora exagitant atque cum ceteros debi  
 liores iudicant eos regnis pellere conantur vt soli habitet in terra  
 vt de eis dicere videatur scriptura Quiescere faciam electionem  
potentium & humiliabo eos & Ysayas ait sublimes terre humi  
liabuntur & libanus excelsus cadet & Iterum arrogantiam &

Sma. Astro. q. ex figuris fi  
 gura celesti ex constellationis  
 tempore, designat aliquos male  
 et tyrannice politizare.

dicitur de re libidine do  
 minandi et regna di, et  
 bellis gerendis, et quicquid  
 illud dicitur pax, adde que  
 posuit id illud nequissimum in  
 nomine, adde sequens quod dicitur  
 pax dicitur. et pag. 2. ad  
 finem

minas? deus puerus de  
 singulis. vi. fo. seq. pag. 2.

potentiam fortium humiliabo iuste. n. deus cum eis agit nam  
 dignum videtur vt qui aliena potenter inuadunt suis eadem po  
 tentia priuentur Currebat super ea, re vtrinq; altercatio eratque in  
 circulo ipso vestra. R. P. que veluti dignitate sic ingenii velocitate  
 Prestabat & nunc illos nunc istos viuis vt ita dixerim rationibus  
 refellebat quippe falli plurimum homines dicebat qui Dei archana  
 perscrutari conantur. Quis enim inquam sane mentis iudiciorum  
 Dei que abissus sunt multa causas & rationes querere contendit  
 Cum scriptum sit maiora te ne quesieris nec altissima dei Iudicia  
 perscruteris in altissimis enim habitat. Addebat Rursus quia cum  
 in mortalis dei sint incomprehensibilia Iudicia illorum causas  
 dum magis attingimus minus agnoscimus. Idque in eis ipsis reg  
 norum translationibus intueri libet quanto. n. Principes terre  
 dictiores potentiores firmioresque plerumque videre videmur tanto  
 ruine proximiores & crebrius fortiusque ad terram collapsos eisdem  
 oculis intuemur Vt non mentiatur scriptura quia potentes po  
 tenter tormenta patientur & vt Propheta ait non gloriatur.  
 abies in altitudine. sua nec sit secunda cum cedru videt facilius ca  
 dentem quam Isopum quis. n. suo penetrabit ingenio quosdam  
 diuina vocatione & populorum ardentissima postulatione regna  
 & principatus suscepisse Verum Paulo post non modo ea repete  
 quidem amisisse sed nec ad posteros transmisisse veluti de gedeone  
 & plerisque legere libet. Quosdam vero diuine iussionis titulo sed  
 non eterne electionis arbitrio regna suppressisse tandem diuina  
 ordinatione regna ipsa in alios translata fuisse Vt de Saule. Et  
 similibus sacra scriptura commemorat Verum si tam auidi tamque  
 Curiosi sunt mortalium animi vt harum regnorum euerfionum  
 & translationum ac tantorum dissidiorum causas inuestigare velint  
 aliquod vt putamus cause & veritatis vestigium coniectabunt  
 Idque si diuini eloquii misteria cogitauerint facilius pertingent quam  
 liquido agnoscent precipuam causam mutationum principatum  
 homini fore videlicet peccata Populi & iniquitatem subditorum/  
 ait. n. deus in scriptura Regnauerunt sed non ex me super quibus  
 verbis ait Ysidorus regnauerunt inquit sed non ex me quasi dixerit

fallunt homines qui archana  
 dei perscrutari conantur, adde  
 illud Saule qui stratus est  
 maiestatis, non fuit, a glo  
 ria. de i. 2. de amabile  
 monstra e. de. p. 9.

potentiores et auidiores tanto  
 ruine proximiore

causa Regnum pax  
 causa populi, et in i. tan  
 subditur



non me propinquo sed me irato unde inferius Per eundem prophetam addit dabo tibi regem in furore meo quo manifestius elucet bonos malosque Principes adeo ordinari sed bonos propitius malos Iratus & subdit reges ergo si boni sunt muneri Dei esse si mali sceleris populi & Rursus idem Ysidorus irascente enim domino talem regem populi suscipiunt qualem pro peccato merentur & sepe pro de meritis plebis reges mutant & qui autem videbatur boni accepto regno fiunt iniqui Hec Ysidorus Sed quid est quod non mereatur christiani populi iniquitas & subditorum malitia cum scriptum sit peccata nostra absciderunt faciem dei a nobis & inuenerunt nos mala que prius operabamur & iterum miseros facit populos peccatum & Rursus peccauit Iherusalem propterea instabilis facta est & alibi Iniquitates vestre diuiserunt vos audiamus quid sapiens expressio in ea re dicat: malignitas inquit euertet sedes potentium & iterum quasi pro hoc infelici tempore scriptum est & propter peccata populi multi principes eius Nonne resistere poterit humana iniquitas diuine providentie que plerumque propter populi demerita ad eius perniciem mentes bonorum presidentium peruertit sicut nonnumquam illorum prauos conceptus ad bonum dirigit ipse enim conuertit cor regis assueri ad pacem & indurauit cor Pharaonis ad dissidium ipse Rursus teste Ysaia excecatur corda potentium & aures eorum aggrauat & oculos eorum claudit ne intelligant nec videant aut audiant quousque desolate sint ciuitates absque habitatore ipse denique est qui in transferendis potestatibus tollendis regnis mutandis Principatibus euertendis sedibus plerumque propter hominum mentes miranda & stupenda in orbe agit ut facile intelligamus quia teste sapiente vana est spes Principum vana illorum gloria pro qua tanto pere decertant quia omnis potentatus vita breuis Breuis inquam duratione fragilis celeri amissione nam teste Greg. magna potestas magna tempestas in qua incessanter impellitur qui in alto sedet & per repentinos excessus quasi per obuiantia Saxa facile fragitur dedit igitur vestra. R. P. sinem verbis sed non merori ex illis vero sapientibus patribus qui in circulo aderant vnus non minus Doctus

Reges boni et malus. a deo ordinantur, quod scriptum est

malignitas euerit sedes potentium

vana est spes principum

magna potestas magna tempestas

quam probus Dicebat equidem fatendum esse eas ipsas sedium mutationes regnorum translationes subditorum populorumque peccatis sepe prouenire Sed asserbat non esse desitendum etiam Principum culpis ac delictis nonnumquam ea omnia prouenire posse quinimmo ipsum Innocentem populum plerumque constat de meritis Regis Grauissime punitum quemadmodum pro commissis a Dauid rege delictis subditi celerrime puniti fuere nam de primo scriptum est propter iniusticias & dolos videlicet presidentium transferetur regnum de gente ingentem nonnumquam enim regis demerita populum ad peccandum prouocant sicut ait scriptura peccauit Ieroboam & peccare fecit populum quare subdebat quia non esset a conditore orbis qui omnia in sapientia fecit ipsius orbis vniuersitati plene prouisum si huiusmodi regnum grauiam enormiamque delicta in Reipublice euerisionem admissa impunita temporaliter transferantur accedit quare de ipsa temporali correctione ipse sapiens plane. Intelligere visus est cum ut permittitur dicebat, propter iniusticias oppressiones & dolos transferri oportere regna de gente ingentem inferebat igitur illud probabiliter sequi videlicet reges ipsos siue ex delicto populi in grauiam delicta incidentes siue ab eis & propria eorum malitia peccata incipiant nichilominus reformatos corrigendos & temporaliter plestendos sed & si expedit a regno deponendos ceterum cum a quibusdam ex circumstantibus quereretur. Dato principes ipsos ab eorum delicta temporaliter puniri posse a quo nam reges ipsi pro eorum grauibus demeritis deponendi & alias temporaliter corrigendi forent audita certe interrogacione presertim in materia non minus ardua quam ancipiti caligabant oculi astantium & vnusquisque ori suo modum manuumque imponebat tandem plurima atque diuersa hincinde allegata sunt & vnusquisque pro sapientia sua quis in rebus ipsis sentiret in medium depromebat quibusdam asseuerantibus Imperatoris hoc esse iudicium quia mundi dominus dicitur eique custos reges terre in temporalibus subesse iura ipsa non negant, aliis vero asserentibus quia ad populos & varones Regni qui reges ipsos eligunt & constituunt eorum destitutionem & depositionem liquido

nonnumquam ex principum malis, moerens populum primum eructant, adde illud oratione quod delictum Reges plestem & actum

Reges reformatos, corrigendos, et a regno deponendos

Imperatoris hoc esse iudicium quia mundi dominus dicitur eique custos reges terre in temporalibus subesse iura ipsa non negant, aliis vero asserentibus quia ad populos & varones Regni qui reges ipsos eligunt & constituunt eorum destitutionem & depositionem liquido



causa rōponēdi huc opus.

Adagiu, frustra curru ponit ante boues, et sic frustra malicias incussamus frustra illorum culpas punire temptamus li

pertinere ego vero inter astantes minimus fremebam quin potius desolebam tam varia audiens iniungit ergo vestra. R. P. vt morē circulo gerere quid ne in rebus ipsis sentiret breui afferem paucis igitur me absolues dicebam antiquum fore prouerbium quia frustra curru ponitur ante boues, atq; frustra Regum principumq; malicias incussamus frustra illorum culpas punire temptamus li primo. cur in tales inciderunt culpas non inuestigamus. nam vt paulo ante didicimus immortalem deum regem regnum & Principum omnium principatum bonos malosq; nobis principes ordinare secūdu merita aut demerita nra & Rursus audiuius qualem populi principem suscipiunt qualem pro peccato meretur causa igitur precipua totius malitie Principis vt putabam causa prauis illius regiminis causa deniq; culparum & facinorum suorum culpe sint & peccata subditorum sic disponete altissimo in cuius manu corda regum sunt & quo vult vertit illa ad bonum si quidem si boni fuerint subditi ad perniciem vero & dissidiū si prauis restante Iob. atq; dicente quia ipse dat regem ypocritam propter peccata populi & plerumq; pro culpa subditorum permissiue ex alto ordinat vt bonus atq; Innocens Princeps delinquat ex quo facile patet quia graues populorum culpe subditorumq; delicta peccatorem & flagitiosum principem reddunt nec. n. falli aut fallere scriptura potest qualis populus tales principes eius & vt Poeta ait, moribus familie rector agnoscitur, quippe sicut Cassiodorum facilius si dicere fas est. fore naturā ipsam errare q̄ populum dissimile sui principē formare qui ergo bonum qui iustum qui rectū qui ignoscentem qui irreprehensibilem regem aut Presidentem sibi per optant sic ipsi viuant vt talem habere mereantur reliquū vero attemptare potius est augere discrimina q̄ reformare delicta non. n. vt putamus est consulere reipū. nō prouidere populis mutare reges sed proprios emendare mores non tollere regi Principatum sed sibi peccatum nec Rursus credimus sufficiens sit remediū depositio regis sed emendatio gregis atq; parum prodesse subditos ipsos principem a se sed nō vitia expellere, Parum a rege obedientiam subtrahere sed peccata contrahere & vt paucis agamus parum

q̄ huius populus, talis rex. q̄ dicitur scriptura

parum prodest, si principem iustitiam, minus damnamus, si nostras palpamus. q̄ est causa, obedientia a rege subtrahere, nihil aliud est, q̄ peccata contrahere.

parum prodesse arbitramur si principum & presidetium nostrorum culpas dampnamus si nostras palpamus que sole sufficiunt iustum rectumq; principem reprobū iniustum atq; tyrannum reddere teste Grego. quia nonnūq; pro peccato gregis. boni delinquit vita pastoris. Addebā minime dissentendum fore. reges & principes ipsos in temporalibus superiorem non recognoscentes ob grauissima eorum facinora in deum & rempu. comissa nihilominus hic temporaliter corrigi & cessante scādalo pro modo culpe plesti posse nō tamē a populo nō a subditis. Sed nec a cessare aut imperatore Romanorum sed a Romano & cunctorum fidelium summo Pontifice illius Vicario qui deponit potentes de sede & transfert regna de gente in gentem coram quo omnes reges terre continēt os suū & curuantur qui portant orbem cui Christus celestis simul & terreni Imperii iura comissit Hiis igitur in insulis sed veris a me verbis platis mādaui vestra. R. P. michi ipsi vltimo loquēti vt latius quid in eis non tam cordianis q̄ arduis rarifq; articulis sentirem scriptis redigerem. q̄ igitur imperfectum meum satis videant oculi mei nec ignorem quia iuxta Hieronimum, grandes materias parua ingenia non sufferunt tamen obedire cupiens licet digne explere metuens de eiusdem vestre. R. P. sapientia & nobilitate cōfixus decreui facere satis potius p̄cepto q̄ desiderio vestro Vt igitur ordinate que differenda sunt procedere videantur infra scriptum seruabo ordinē, in duas siquidem particulas Breuis hic libellus diuidet in quibus Predictos articulos iam tactos & alias ex eis dependentes grauissimas certe arduasq; materias pluribus articulis & diuersis questionibus & difficultatibus plenas discutiā ingrediarq; deo inspirante pelagum profundissimū in quo plurimos submersos plane vidimus aut parum aut minus cōplete aut pace illoz dixerim minus recte loquentes inter quos Theologos quosdā legimus fundamenta iuridica aut non tangentes aut aspernantes iuristas vero ipsos politica testimonia que iurium legūq; omnium sunt cimenta negligentes nec dixerint ignorantes sed & diuina testimonia obmittentes ob quas res. plurimos in rebus ipsis oberrare aut imperfecte scripsisse cōpertum est Ego vero pro B

reges nō recognoscentes superiorem, a solo papa, et co regēdos. nō aut, ab imperatore, nec a populo. sed vt principale inbetur opus.

grandes materias, magna ingenia nō sufferunt.

partis operis

q̄ Theologos, omittentes in maius iudicium, vana fundamenta



titulus libri

modulo ingenii Theologorum ac iuristarum simul & naturalia ac moralia siue politica fundamenta ac testimonia cōplectar erit igitur huius libelli Titulus de origine & differentia principatus Regalis & imperialis & a quo & qua causa reges corrigi & deponi possint quia principaliter de hiis articulis in eo agitur. Nam in prima parte ostendemus originē principatus regalis & Imperialis & vtriusq; dignitatem & differentiam deducemus principatum regium antiquiorem iustiorē & approbatiorem fore imperiali dignitate quinimo reges naturaliter regnantes & eorū populos in nullo imperatoribus subiecti sed libere & licite potuisse liberare se ab usurpata subiectione eorū in secūda parte ostēdemus reges & principes liberos p̄ quibus delictis nō posse a baronibus nec p̄p̄lo deponi aut a regno expelli p̄pria auctoritate & in vtriusq; partis discussione plura alia dubia inserā p̄ut in tabula sequēti cōtineat.

SEQVUNTUR ARTICVLI MATERIE ET PERTRACTANDE IN VTRAQVE PARTE HVIVS LIBELLI ET PRIMO DE ALIQVIBVS VTILIBVS TACTIS IN PROLOGO.

**I**N principio prologi deploratur dissidium & intestina discordia & bellū inter reges & principes catholicos presertim inter propinquissimo sanguine cōiunctos. Quomodo infideles contra nos vniunt dum reges & principēs nostri inter se dissidēt & de malis que ex hiis discordiis proueniunt fidei catholice in eodem prologo post principum. An possint assignari cause & rationes sufficētes quare potius hoc tpe q̄ p̄terito reges inter se discordāt & quare fiant regū mutationes trāslationes & aliorū erectiones in eodē p̄logo ante medium. Quomodo aliq̄ attribūt dispositioni astroꝝ regnoꝝ translationes & mutationes alii regnandi cupidini alii regnorum magnitudini in eodem ante medium. Quomodo de arduis rebus diuinis iudiciis non potest dari certa & determinata causa ibi.

8  
Quomodo mirabilia & preter hominum spem deus operatur in mutandis & transferendis regnis & principatibus.

Quō aliq̄ iussu dei regna susceperūt & statim illa pdiderunt ibi. Quomodo aliqui nutu dei non tamen eius electione & arbitrio regna suscipiunt & de exitu illorum ibi circa medium.

Quomodo si aliqua causa euerfionū & trāslationū regnoꝝ assignari potest est propter peccata subditorum ibi multa de hoc.

Quomodo populi talem regem suscipiunt qualem pro peccato merentur ibi ante medium prologi.

Quō p̄p̄ subditoꝝ peccata etiā bonus & iustus princeps delinquit.

Quō magna potētia magnis cladibus & ruinis est proxima ibi.

Quomodo aliquo p̄ peccato principis subditi puniuntur ibi.

Quomodo q̄liter & p̄ que reges & principes si delinquit debēt hic t̄p̄aliter puniri ibi sed latius in secūda parte in primo defectu.

Quomodo vera correctio & punitio regum consistit in emēdatione & correctione subditorum in p̄logo post medium.

Quomodo parum prodest q̄ subditi regem corrigāt ipsi vitiis subiaceant circa finem prologi.

Quomodo p̄cedendum sit in hoc libello in fine prologi.

**S**equit̄ Prima pars huius libri in qua principaliter agit̄ de origine & fundamēto oīum principatū & p̄sertim principatus regalis & imperialis & deducit̄ reges antiquiorē & iustiorē habere q̄ imperatores & eodē reges potuisse seipsos & regna sua liberare a violēta subiectione & iurisdictione quā imperatores vniuersaliter p̄tendunt ad oēs nationes deducit̄ etiā reges p̄dictos in nulla subesse imperatorib⁹ in qua parte plures alii articuli & vales materie consentiuntur vt in tabula sequenti continetur.

Quomodo aliqui principes siue reges dantur principatibus siue regnis aliq̄ ecōtra regna dant̄ regibus & de differentia & effectib⁹ huius distinctionis in principio prime partis in primo p̄supposito.

Quomodo imperator & ceteri principes qui per electionē assumuntur dantur regnis & principatibus ibi in primo p̄supposito.

Quō ip̄erator habet imperiū a iure ciuili & non naturaliter ibi.



Quomodo reges habent regna ex iure naturali siue iure gentium  
& qualiter ibi in primo presuppósito.  
Quomodo predicta probantur testimoniis iuris diuini & humani  
in eodem primo presuppósito.  
Quomodo omnis principatus presertim imperialis & regalis ha-  
buerint ortum & fundamentum in secundo presuppósito.  
Quomodo populus Romanus & eius imperatores nullo iusto  
titulo sed usurpatiuè & tyrānicè dominium & iurisdictionē natio-  
num orbis occuparunt & pbatur iure naturali necnon politico  
diuino & humano prima parte. §. elicimus prima cōclufione.  
Quomodo monarchie assiriorū medorū p̄sarū grecorū & Romanorū  
inceptorū p̄ violentiā & tyrānidē & q̄s suis primus monarcha  
& quis illum constituit & qua causa sic est dictus ibidem.  
Quo reges & Principes quibus regna dantur & regnāt ex successione  
& ex certo genere dñare regnare naturalr & habēt antiquorē iustio-  
rem & approbatorē titulum q̄ ip̄erator in eadē prima parte in. §.  
elicimus secunda cōclufione.  
De causis quare violentus & tyrānicus principatus est reprobatus  
xiiii. solutione. §. accedamus.  
Quo imperiū approbatiuè incepit ab ecclesia & quo nullus pot̄  
obtinere ip̄eriū nisi p̄ Romanā ecclesiā ibi & in priā obiectione.  
Quomodo p̄ aduētū Xpi veri imperatoris debuit cessare virtua-  
liter imperiū Ro. imo videt̄ reprobatū ibidē secūda cōclufione.  
Quo reges q̄ ex certa stirpe & naturaliter regnāt & eorū ppli licite  
& iuste potuerūt etiā vi & armis recupare puicias & regna a pp̄lo  
Romano & Imperatorib⁹ usurpata et occupata & se liberare ab  
illa usurpata vniuersali iurisdictione quā p̄tēdūt ip̄eratores ad oēs  
nationes prima pte tertia cōclufione & in solutione. x. obiectionis  
& lacius in solu. ad quartam obiectionem.  
Quomodo imperator non habet dominiū ad orbem nec vniuer-  
salem iurisdictionē sup reges & nationes orbis sed solū ad terras  
Imperii & dictioni sue subiectas ibi in quarta cōclufione.  
Quomodo multiplex est ius positiuū & humanum & quomodo  
ex nullo illorum procedit imperium ibi. iiii. cōclufione.

9  
Quomodo predicta pbantur & roborantur testimoniis naturalibus  
& politicis etiam iure diuino & humano ibi in. iiii. cōclufione.  
Quo ip̄eriū incepit a populo usurpatiuè q̄ in Imperatorē solū ius  
qd̄ habuit trāsferre potuit ibi & in solutione prime obiectionis.  
Quomodo populus Ro. usurpauit vi & armis plurimā regna ibi  
& in solutione prime obiectionis ibi etiā de via translationis  
facta a populo de electione.  
Quomodo dato q̄ populus Romanus potuit eligere imperatorē  
nō tamen potuit illud aliis nationibus & regnis eligere sed solum  
sibi quod multipliciter probat̄ prima parte in secūda obiectione.  
Quomodo vnus populus vel vna prouincia non potest eligere  
Principem alii prouincie libere nec & tenetur obedire ibi.  
Quo approbatio imperialis dignitatis nō reperit̄ in iure diuino  
imo ip̄eriū debuit cessare p̄ aduētū xpi ibi priā pte sc̄da cōclufione.  
Quomodo principatus regum est approbatus & institutus adeo  
& p̄ cōsequens iustior q̄ imperialis ibi & lacius in solu. ad primā  
obiectionē & in secunda cōclufione.  
Quomodo & qualiter Romanus populus dominium & iurisdic-  
tionem orbis habuit in solutione ad primam obiectionem.  
Quomodo populus Ro. solum transtulit in Imperatorem nudā  
administrationem non Dominium nec proprietatem nationum  
ibi secunda obiectione.  
Quid habuit Imperator ex electione populī & an Principes &  
reges debeant assumi per electionem in solutione ad secundam  
obiectionem.  
Quomodo populus Romanus nō potuit eligere Imperatorem  
aut Principem aliis nationibus maxime inuictis in solutione ad  
secundam obiectionem.  
Quomodo vna gens nō potest alteri genti libere & inuite eligere  
principem & probatur multis testimoniis iuris diuini & humani  
in eadem solutione ad secundam obiectionem.  
Quid Imperatores nūq̄ vera possessione possederūt regna & pro-  
uincias orbis taliter q̄ prescribere possent vniuersalem iurisdic-  
tionem in toto orbe in eadem solutione ad tertiam rationem.



Quomodo vsurpata & violenta possessio nõ inducit perscriptio-  
nem etiam de iure diuino in solu. ad tertiam obiectionem.  
Et quomodo vitiosum initium viciat totum pgressum ibidem.  
Quomodo licuit iure diuino & humano regibus & Principibus  
post quęcũq; tempora suam libertatem recuperare in solutione  
ad quartam ra. & ibi latissime tractatur.  
Quomodo non prodest imperatoribus q̄ aliquando reges &  
nationes ei⁹ obedierũt & seruerũt & ab eis stipēdia receperũt ibi.  
Quo non pdest Imperatoribus q̄ nationes ex pacto conuētionē  
aut sua volūtate successiue eis obedierunt & quō nationes ipse nõ  
potuerũt futuros successores obligare & ibi multa de iure diuino.  
Quomodo non prodest Imperatoribus q̄ reges & nationes ali-  
quando confessi sunt esse sub imperatoribus ibi.  
Quomodo Imperium non est a Xpo approbatum per illa verba  
reddite que sunt cesaris cesari in solu. ad quintam ratio.  
Quomodo intelligitur p̄dicta auctoritas reddite que sunt cesaris  
cesari etiam deducitur per testimonium iuris diuini q̄ per illa nõ  
est approbatum a Christo Imperium ibi.  
Quomodo non est imperiũ dominans in vniuerso orbe appro-  
batum nec videtur immediate a deo procedere pro eo q̄ ecclesia  
orat pro Imperatore in solutione ad quintam rationē in fi.  
Quo si Imperiũ esse: imēdiate a deo essent duo vicarii equalis qd  
esset absurdissimũ ibi i principio solutionis ad quintā obiectionē.  
Quo nõ est Xps visus approbasse iperũ ad vniuersum orbē per  
illa verba euāgelii q̄ Xps soluit tributũ cesari in q̄nta obiectione.  
Quo Xps nõ est visus approbare iperũ sup oēs nationes orbis p̄  
illa verba exiit edictum a cesare augusto vt describeret vniuersus  
orbis & quare illa descriptio orbis facta est per cesarē In Christi  
natiuitate & de illius misterio & quomodo talis descriptio non  
reperitur ante illum cesarem facta prima parte. vi. obiectione.  
Quo non pbatur Imperatores iuste in toto orbe principari quia  
Imperium ab hostibus acquisiuit in solu. ad. vii. ratio.  
Quomodo intelligitur q̄ omnia iura humana sunt imperatoris  
vt in. c. quo iure defendis villas. viii. dist. & de intellectu alius ca.

pituli augustini in so. ad octauam ratio.

Quo intelligendum est q̄ imperium sit a deo & quo sensu est  
intelligendum esse a deo in solu. ad. ix. rationē.  
Quo Imperiũ habet iurisdictionē in terris imperii ab ecclesia sine  
p̄iudicio regũ q̄ imperatori non subsunt in. iiii. obiectione & ix.  
Quomodo Imperium imēdiate pcedit ab ecclesia Ro. ibi.  
Quo sp̄aliter reges Fracie & Reges Hispaniæ in nullo subsunt  
imperio in solu. ad. xiiii. obiectionē vbi singl̄r & principalr agit.  
Quomodo nullo iure humano p̄bati p̄t Hispanias & gallias  
subiectas fore Imperio. xiiii. obiecti.  
Quomodo obseruatio legum imperialiũ in Hispaniis & galiis  
aut quod in vniuersitatibus legantur non probat dictas nationes  
subiectas imperio ibi.  
Quo Hispanie & galie p̄scripserunt libertatem ab imperio ibi.  
Quomodo Imperatores iurisdictionem si quam aliquando ha-  
buerunt iuste perdidit ex multis causis ibi.  
Quo p̄ approbatas historias pbatur tyrānice Hispanias & galias  
iniuste & tyrānice fuisse a Ro. & eorũ Imperatoribus occupatas  
secũda parte in. xiiii. obiectione. s. accedamus de intellectu legũ &  
iuriũ ab ipfismet imperatorib⁹ cõditõr q̄b⁹ statuerũt imperatorē  
esse monarchā & dñm totius orbis sp̄aliter de intellectu legis de-  
precatio. ff. ad legē Ro. de Iatu. in solu. ad. x. rationem.  
Quomodo Imperator non potest per leges a se factas iurisdic-  
tionem suam sine alio titulo ampliare ibi in principio. x. rationis.  
Quomodo leges imperatorum quibus dicitur eos esse dominos  
orbis sunt contrarie iuri diuino ibi in. x. obiecti.  
Quomodo tales leges sunt contra ius naturale & tollunt domi-  
nia & impositiones aliorum que sunt de iure naturali ibi in prin-  
cipio. x. rationis.  
Quomodo leges imperatorũ subiiciuntur legibus ecclesiasticis  
nec potest imperator cõtra p̄uilegiũ & iura Roman. ecclesie ad-  
statuere ibi in principio.  
Quomodo soli imperatori pro se ipso statuenti & amplianti iur-  
isdictionem non est credendum in causa propria ibi.



Quod verba imperatoris dicentis se esse dominum orbis sunt arrogantissima & in tanta materia non pbant vniuersalem iurisdictionem imperatoris ibi circa medium. x. obiectionis.

Quomodo p̄dicta verba de iure & de facto non sunt vera cum ille imperator qui illas leges statuit multa in orbe nō obtinuit nec possedit & ibi sunt multe rationes iuris diuini quare dictis verbis non creditur ibi in. x. obiectione.

Quomodo dicta verba qbus imperator se dicit dñm orbis sunt exponēda quoad p̄tectionē vel quoad partē is aliquo ponitur p̄ toto vel exponunt & intelligunt yperbolice p̄pter excellentiā & magnificētiā & ibi multa exempla ibi p̄pe finē. x. rationis.

Quomodo sepe generalitas verificatur & sumitur p̄ particulari & ibi aducuntur multa exempla scripture sacre q̄ aliqui magni principes leguntur optinuisse totum orbem intelligendo de notabili parte ibi in fi. x. obiectionis.

Quomodo intelligitur dictum Iheronimi ex quo sumptum est c. in apibus q̄ vnus debet esse p̄iceps in orbe in solu. ad. xi. rōnē.

Quomodo licet imperium pendeat ab ecclesia non tamen imperatores potuerūt eidem ecclesie Ro. p̄iudicare si de facto aliqua vsurparunt pertinentia ad vniuersalem iurisdictionem quam in spiritualibus & temporalibus habet papa in vniuerso orbe in so. ad. xii. rōnē melius in. xiiii. obiectionis. in fi.

Quomodo magis expedit ad bonum regimem vniuersi orbis & iusticiam seruandam q̄ parua & distincta sint regna q̄ maxima & potentia aut q̄ vnum sit in vniuerso orbe temporaliter qd̄ probatur naturaliter politice & diuino & humano iure in solu. ad. xiii. rōnē. in prin.

An expedit rempublicam potius regi per vnum quam per plures & de opinionibus Aristo. & Philosophorum ibi.

Quibus modis omnis principatus potest recte institui in. xiiii. obie. in princi. §. accedamus.

Quomodo omnis violētus & vsurpatus principatus est iniquus iniustus & reprobatus omni iure diuino naturali politico & humano & p̄pter quas causas. xiiii. obi. §. accedamus.

Quomodo equalibus vel similib⁹ in virtute nō expedit q̄ vnus principetur t̄paliter omnibus ibi ad medium. xiii. obiectionis.

Quo v̄z imperiū & vera monarchia & principatus totius orbis in sp̄ualibus & t̄palibus q̄ aliq̄ philosophi laudant vere & iudicialiter residet in Ro. Pon. & nō in aliquo temporali principe in so. xiiii. rationis in. fi. in. §. ostensum.

Quo populi melius regunt p̄ cognitos p̄cipes q̄ p̄ incognitos sicut de pastore q̄ cognoscit oues suas i. xiiii. solu. circa medium.

**S**ecunda pars in qua principaliter agitur a quibus quando & quomodo & ex quibus causis Regum & principū correctio depositio & p̄nicio t̄paliter fieri posset & consecutiue examinātur articuli questionēs & materie que sequuntur.

Quomodo reges naturali iure regnantes non cognoscentes in temporalibus superiorem non possunt deponi & a regnis priuari aut expelli nisi per suos legitimos superiores publicā & coactiuā potestatem exercentes in principio secūde partis primo defectu.

Quomodo reges p̄dicti non recognoscentes superiorem in temporalibus non possunt deponi aut temporaliter puniri a populo & subditis aut baronibus suis sed solum a Romano pontifice quod probatur triplici genere probationis in secunda parte primo defectu iurisdictionem.

Quomodo ex iure diuino & sacra scriptura expresse habetur singularis excellentia summi Ponti. in destituēdis & puniendis regibus ibi primo defectu.

Quomodo dupliciter contingit subditos iudicare regem suum aut per viam cognitionis aut accusationis ibi.

Quo populus sui natura mobilis & inconstans est & cupidus noui principatus & quomodo nō est sequendus sed ducendus & ibi plura extra sacre scripture in secunda parte primo defectu in secundo genere probationis. viii. rōnē.

Quomodo Romanus Pontifex plurimos imperatores reges & principes etiam exemptos deposuit & puniuit ibi post medium in. §. tertium genus.



Quomodo imminet magna pericula regnis & reipu. Christiane  
si populi & subditi possent deponere reges & principes suos in  
secunda parte & primo defectu circa fi. viii. rationis.

Quo fm diuersitate hominū in vnaquaq; ciuitate aut puincia sic  
diuersos principatus exoptant ibi primo defectu. viii. ratione.

Quomodo est multiplex iudicium populi ibi. viii. ratione.

Quo subditi nō possunt aliqd iurisdictionis exercere p̄sertim cōtra  
principē cuius est iurisditio in priā parte in sc̄do genere p̄batiōis.

Quomodo subditi qui talia temptant dicuntur tyrānizare ibi.

Quo p̄ plura testimonia iuris positiui p̄bat̄ principē nō recogno  
scētē superiorē nō posse ab alio puniri nisi a Romano Pōtifice q  
multos principes deposuit ibi in. s. tertium genus p̄bationis.

Quomodo barones etiam si habeant arbitrium & potestatem a  
regno sup̄ omnibus & singulis ad bonum regni spectantibus nō  
possunt regem deponere nec in eum iurisdictionem exercere ibi.

Quomodo seruari debet certus modus in depositiōe regis ibi &  
quō debet p̄cedere monitio & datio coadiutoris & excōicatio ibi.

Quomodo barones & populus talis regni etiam ex cōsuetudine  
vel lege illius regni non possunt deponere regem suum secunda  
parte primo defectu. s. rursus.

Quo exelētes & excedētes nobilitate & potētia in aliquo regno  
cōmuniter regi emulātur ex quo pueniūt seditiōes & quare ibi.

Quo nō valet lex vel cōsuetudo q; barones vel populus possint  
deponere regē nō recognoscentem superiorē ibi in. s. rursus.

Quomodo ius regnandi est ius publicum de quo barones non  
possunt disponere ibi.

Quomodo papa Zacharias realiter deposuit regem Francie nec  
valent insulse expositiones quorundam qui dicunt q; non depo  
suit sed deponentibus consensit aut cōsultuit secunda parte primo  
defectu. s. restat.

Quomodo non bene sentiunt qui dicunt aliquem regem ita esse  
exemptum nec recognoscere superiorē in temporalibus q; etiā  
papa ratione delicti vel alias non pōt eum punire nec tēporaliter  
eū corrigere in fine primi defectus in. s. restat.

Quo dupliciter cōtingit aliquē regē nō recognoscētē superiorē  
in t̄palib⁹. & nō posse puniri aut corrigi a Ro. Pont. aut deliquē  
do aut iurisdictionē alias exercēdo in secunda pte primo defectu.

Quomodo papa potest se intromittere de dispositione & institu  
tione regni certis casibus secunda parte primo defectu. s. restat.

Quomodo eo ipso q; talis res dicitur exemptus est necesse q; sub  
datur pape temporaliter si delinquit ibi.

Quomodo non valet priuilegiū aut exēptio a papa cōcessa cuiq;  
regi qñ enim t̄paliter punire posset ibi in primo defectu. s. restat.

Quo papa nō pōt minuere iurisdictionē sibi a Xpo collatā ibi.

Quomodo nullus eatholicus etiā rex vel p̄iceps pōt esse acesalus  
i. sine capite & oportet vt subiiciatur pape in tēporalibus si delin  
quit quātūcūq; sit exemptus & q; est de necessitate salutis ibi.

Quomodo talis rex non recognoscens superiorē non potuisset  
p̄scribere libertatē ab imperio nisi pape subiiciatur in t̄palibus  
rōne delicti & q; nō valet p̄scriptio cōtra obediētā ibi. s. obiiciet.

Quo nō valet cōsuetudo aut p̄scriptio alicui⁹ regis q; nō recogno  
scat romanū pōtificē superiorē. i. t̄palib⁹ deliquēdo ibi. s. obiiciet.

Quomodo plurima mala & aduersa venerūt imperatoribus & q;  
busdam principibus qui conati sunt se eximere in temporalibus  
a sede apostolica & vsurparunt priuilegia ecclesie Ro. ibi in fine  
primi defectus. s. obiiciet.

Quomodo imperatores nedum infideles sed fideles plurimū per  
secuti sunt ecclesiam & vsurparunt eius priuilegia ideo a doctorib⁹  
bus sanctis appellati sunt dracones & serpentes & aduersarii p̄  
dicitur in apochalipsi ibi in. s. obiiciet.

Quo etiā si barones & subditi denūcient Ro. Pont. delicta regis  
post talē denūtiatiōē non possunt deponere regem suū ibi.

Quo depositio facta p̄ barones & subditos de rege suo est nulla  
si secūdu defectus interuenit videlicet defectus ordinis & forme  
requisite secūda parte in principio. ii. defectu que forma & qualis  
ordo requiritur in depositione vnus regis ibi late.

Quomodo depositio que tēptatur de aliquo rege est nulla p̄pter  
tertiū defectū videlicet cause sufficiētē & que cause requirūtur ibi.



Quomodo est maximum sacrilegium maledicere principi quāto magis diffamare & temptare deponere illum ibi.

Que requiruntur vt aliquid dicatur fieri a populo & quid est populus & quomodo in destituēdo principe requiritur coadunatio totius populi secunda parte secundo defectu.

Quomodo etiam malus & in ordinatus rex & princeps tollerandus est a subditis ibi late.

Quomodo rex vel princeps in malis moribus est tollerandus quā maius est scandalum indeponendo quā dubia utilitas in eligendo nouum ibi post medium.

Quomodo in sacra scriptura multi principes etiā ydolatre & mali fuerūt tollerati ex p̄dictis causis secūda parte tertio defectu in fine.

Quomodo reges non possunt nec debent puniri sine maximis & grauissimis causis & delictis & sine scandalo populi nec est incipiēdum a depositione ibi in fine.

INCIPIT PRIMA PARS HVIVS LIBRI DE ORIGINE ET DIFFERENTIA PRINCIPATVS REGALIS ET ETIAM IMPERIALIS.

**P**rimam partem principalē agrediamur in qua auctore deo breui deducemus fundamentum omnium principatuum & presertim regalis. Et imperialis & ostendemus predictum principatum regum antiquiorem iustioerem & approbatiorem fore quā imperium in qua parte etiā ostendemus eosdem reges naturaliter regnantes lebere & licite potuisse excutere a se & regnis suis illam vsurpatam & violentam iurisdictionem vniuersalem quā imperatores pretendunt ad omnes nationes orbis & per consequens ostendemus reges predictos in nullo fore subiectos imperio & tandem assignabimus congruas responsiones siue solutiones ad xiiii. rationes & obiecta que fieri possunt per eos qui partes imperiales tuentur in hac igitur prima parte plurime alie vtilis materie questiones & dubia deducuntur & declarabuntur prout in tabula p̄cedēti particulariter deduximus roborauimus igit & ostēdemus veritatem

veritatem eorum que dicenda sunt: multiplici genere probationis videlicet testimoniis naturalibus: & polliticis, Item iure diuino: deinde iure humano: & positiuo, pro dicendorum itaq; lucidatione & clariore noticia: oportet altius exordiri: & aliqua vtilia & singularia presupponere.

Quomodo principes dantur regnis, & econuerso regna dantur regibus.

**C**Primo itaq; presupponimus: quod aliquando reges siue principes conferuntur: & dantur regnis: & prouinciis: aliquando econtra regna ipsa: aut principatus dantur regibus, Primo reges aut principes dantur regnis: vt quidam administratores & rectores non vt veri domini talium regnorum: aut principatuum: & hoc accidit in illis regnis: siue prouinciis: in quibus per electionem reges assumuntur. Nam tales principatus non sunt in bonis principum: nec possunt de illis testari: nec ad alios transmittere: vt Episcopus qui eligitur a capitulo: & preficitur: & datur ecclesie: de elect. c. i. insup ad hoc regnum suscipiendum possunt cogi: cum sit munus publicum. ff. de mune. & ho. l. i. & l. finali in principio, aliquando vero regna conferuntur: & dantur regibus: quo casu non possunt inuiti: cogi suscipere administrationem regnorum: sicut inuitus recipere quis non cogitur, donum vel munus sibi oblatum: sic nec quis cogitur inuitus adire hereditatem. C. de iure. delibe. nec etiā cipatus de dona. l. non potest. ff. de regulis iuris lege inuito, Cōtingit autem: quod regna conferuntur regibus: vt in illis regnis: vbi non nisi de certo genere personarum: & de certa stirpe: & per legitimā successionem: talia regna eisdem regibus dantur: & non aliis: quia ita a principio subditi voluerunt: & consenserunt: aut quia aliqui de illo genere primo illam patriam occuparunt: ac ab hostibus defenderunt: & in illa habitatibus alia beneficia contulerunt: vt infra latius tangeat: taliter quod reges effecti sunt naturales domini: & reges de iure naturali, quo casu talia regna: & ius illorum: certo modo sunt in bonis talium regum: Nam transferunt: & transmittunt talia regna ad illos de stirpe sua: Cum siue de iure naturali: & gērium: vt statim dicetur in secundo presupposito presertim quia delatio

quomodo principes domini regni et regna domini regibus.

quod reges sunt electi, non veri domini. nec transmittuntur.

quod reges sunt, veri domini.



hereditatum: & successiones sunt de predicto iure naturali, quod n. quis habet ex successione: habet a natura: notat/ Oldradus in consilio. lii. in principio qui videt concludere: q rex minor etate: cum habeat regnum ex successione: & per consequens a natura: possit administrare sine curatore: & hanc sententiam tenet Io. de Imo. & Cardi. in predicto. c. grandi de suple. ne. prela. li. vi. nam tales in regnis suis libere possunt/ oia: vt nota. Io. An. in. c. puenit de imu. eccl. & in. c. magne de voto in nouela. & bal. in pphemo decre. vel saltem liberiore habent administratione: qua illi principes: qui per electionem: vel aliter conferuntur regnis, imperator vero: & reges: qui conferuntur regnis: non habent tam liberam administrationem: maxime rex priuatae: nisi quoad ptectione: vt nota. in pphemo. ff. ex quo sequitur: q principes (quibus p tales successiones regna conferunt) vberius/ & stabilius/ & firmitus ius habent: qua qui per electionem assumuntur, per ea que dicta sunt, & latius infra tangetur, in hac prima parte nota. etia de et. in dicto. c. grandi, & per consequens concluditur: q difficilius deponuntur: q qui conferuntur regnis, veluti qui per simplicem electionem assumuntur, & ita habet cois doctrina doctore: in dictis iuribus: tam efficaciter. n. & tam indisolubiliter & naturaliter regna eis conferuntur: vt sint facti reges: & dñi dictore regno: de iure naturali, quare priuari: ac deponi no possunt a tali regno: nisi p supremu superiore: & maximis causis subsistentibus: ac forma iuris debite obseruata: & alias eisdem modis: quibus vnusquisq re: sua ad eu naturaliter spectanti priuari potest, quinimo difficilius priuat rex regno suo, q quelibet priuata persona priuatur de re sua: & clericus beneficio suo, qui pro quolibet peccato priuari potest, quia secus est in rege: vt nota. Inno. ad aplice de re. iu. li. vi.

¶ Istud presuppositu ex se satis patet. Et ex hiis que infra dicentur clarius patebat nichilominus apertissime pbatur: testimonio morali & politico. Et auctoritate philosophi: deinde testimoniis iuris humani: ac etia iuris diuini: siue auctoritatibus sacre scripture ¶ Morali igitur & politico testimonio: veritas predicti presuppositi probatur, sic Aristo. in. iii. politicorum firmat vtraq partem huius

rex minor, pnt sine cura  
tota ad ministrare

illa q rex factus habet  
qua imperator, q illi q fuerit  
pnt, hi vero q electi sunt. &  
per ratio facti q pnt, q  
a principio et reges q  
electi sunt imperator. in. p.  
sequi. et p. 156. in prin.

ut nisi p supremu superiore  
a pnt. huius no pnt. nec  
a subditis expelli. quod se. p.  
libro probat

probat ratio politica  
morali.

distinctionis: vbi deducit duas species regalis principatus: prima appellat latonicam: quia in prouincia latonie: que hodie dicitur apulia: erat talis principatus, In qua prouincia fuit rex agameno: & in tali principatu: siue regno Rex proprie dabatur regno: quia non erat dominus omnium de regno secundum voluntatem sua & talis Principatus: secundum Aristote. erat sicut vnus ducatus aut principatus imperialis, & solum durabant ad vitam regis. Secunda species regalis principatus vocatur: a philosopho: lacedemonica: vel proprie regnum: in quo rex principatur naturaliter & fm successionem: videlicet secundum reges: & consuetudines patrias: que descendunt a parentibus: quorum subditi naturaliter inclinantur sibi subiici, vt latius dicemus in secundo presupposito, & tales reges (veluti quibus regna dantur) sunt domini omnium de regno.

¶ Rursus predictum presuppositum probatur iure humano, ne mini est. n. dubium: regna esse de iure naturali: vel gentium. ff. de iusti. & iure. l. ex hoc iure. ibi cum dicitur. ex. hoc iure regna condita & cetera Demum nemini est etiam dubiu: q illi reges: & principes qui per electionem assumuntur: principaliter conferuntur: & dantur talibus regnis, Et hinc est q imperator: qui de mero iuris rigore per electionem assumendus est: vt. c. Moyses. viii. q. i. licet usurpatiae antiquis temporibus aliquandiu per successionem imperium continuatum fuit, potius datur imperio: q sibi datur imperium, pbat tex. in. l. ii. circa medium. ff. de offi. prefect. pre. ibi dum dicitur regimentis Reip. ad imperatorem translatis. Ex quo patet: q solum quedam administratio: vel regimē conceditur imperatori: non imperium, immo ipse datur imperio: & assumitur ad imperiu, vt pbat tex. in. c. per venerabile qui fi. sunt legitimi ibi ad iperium vt pbat tex. assumptus & cetera & in hoc non imoratur qa pluribus humani iuris testimoniis coprobari pot.

¶ Demum de iure diuino predictum presuppositum probat isto modo. Vt enim sacra scriptura comemorat: cum aliqui eligebantur ad administrationem: vel Principatum alicuius prouincie: no conferebantur eis prouincie: sed preficiebantur eisdem, quod nihil

subditis ageret authe si  
monarchicus, Aristo. Cratylus  
et de monarchia regimē, in  
geret et distinet, prou. sicut  
tho. de reg. prin. et di. de  
quo late p. max. in monarch.

probat iure humano.

probat de iure diuino. dicitur  
reges in regnis. n. i. p.  
si. coll. 2.



aliud est dicere: nisi q̄ dabantur principes talibus puinciis. Vnde Genesis. iiii. i. dicit̄ prefecit eum principē industrium terre egypti preterea Ihero. qui dixerat, Reges & principes sūmendos esse per electionem: non per successionem: vt in dicto capitulo Moyse viii. q. i. statim subiicit: & habetur in. c. audacter .e. ca. ii. q. datur inquit nobis principes secundum merita nostra: & cor nostrum. Ecce inquit principes dantur nobis: non dicit nos & regnum dantur principibus, Rursus populus israliaticus vt habetur primo regum. viii. potius petiit vt rex sibi & prouinciis suis daretur: q̄ q̄ ipsi & regna darentur regi. quia primo modo minus potestatis in eos habere putarunt. Vnde dixerunt ad Samuelem pphetam, Da nobis regem: non dixerunt da nos & terrā regi, verumtamen vt eadem scriptura sacra cōmemorat: quando regna deferebātur ad certas personas: & de certo genere: & stirpe: & per successionē: tum talia regna dabantur: & concedebantur regibus. Et hinc est, q̄ dixit deus ad Dauid. tibi & semini tuo dabo terram hanc: & firmabo regnum tuum: & vniuersus populus seruiet tibi. Et iterū secunda parali. xi. ignoratis quia dominus dedit Dauid regnum. Ecce quod dixit, dabo tibi & semini tuo: non. n. dixit preficiam te regno & semem tuū. Sed dabo tibi regnū: vt vberius fortiusq̄ ius sibi dare videretur. Constat. n. q̄ dare est accipientis facere: vt insti. de acti. §. sic itaq̄. ff. de verbo. obli. l. vbi. §. fi.

Quomodo omnis principatus habet originē duobus modis. Secundo ad maiorem corroborationem: & dilucidationem eorū que dicta sunt: & magis specialem noticiam eorum que dicuntur presupponenda sunt aliqua circa originem: & fundamentum omnium Principatum: presupponimus igitur: q̄ omnes principatus habet originem: & fundamentum: altero ex duobus modis videlicet Primo modo: de iure naturali vel gentium, quid idem est vt. §. singulorum insti. de reg. diui. q̄ naturali ratione est intro ductum. i. di. ius naturale. Secundo modo: de iure ciuili: Iure autē naturali (Secundum philosophum in. v. politicorū) regnū habuit originem modis sequentibus, Primo ppter beneficiū impensum ab aliquo potētī: & p̄bo viro alicui regioni, nam quia talis potētē

reges p̄ electiōem s̄mē datur  
vnde Ihero.

origo principatus, dicitur  
modis, s̄. p̄ naturali. et s̄. p̄  
ciuili.

cōtulit aliqua beneficia illi regioni: aut quia inuenit sibi aliquam artem: sicut Saturnus qui inuenit agriculturam, aut quia suo ingenio: virtute ac diuitiis vel potentia turauit: & defendit illam ab hostibus: vel alias pro illa habuit victoriam. tunc illi de prouincia receperunt eum in regem: & propter beneficia predicta receperunt filium: & descendentes: & sic paulatim per consuetudinem inclinati sunt voluntarie subiici illis de genere suo, nam vt ait philosophus tertio politicorum. Illud qd̄ est secundū inclinationem est voluntarium & naturale: cum. n. aliquis principatur secundū genus: & secundū leges patrias: & consuetudines que descendunt a parentibus, principatus dicitur voluntarius & naturalis: regnante. n. patre aliquomō asuescunt subditi subiici filio: & postmodū regnante filio voluntarie sibi subiiciuntur: quia consueti sunt: & ita naturaliter inclinatur ad illud: & sic fit talis principatus voluntarius: & per consequens naturalis, Et propterea idem philosophus diffinit regimem regale: quia est multitudo que nata est: secundum inclinationem subiici, & substinere dominum & secundum eundem philosophum: talis principatus est magis securus: pro eo qd̄ sit voluntarius, Item ea que insunt ex consuetudine: sunt delectabilia, & sic subditi minus odiunt tales principes: quia sunt assueti illorum patribus subiici, quare diligunt: & custodiunt illos. Item alio modo regnum habuit originem: & exordium naturaliter siue iure naturali. Manifestum est enim: q̄ iure naturali edictum processit: q̄ res que in nullius bonis erant: occupanti cōcederetur. in. l. qd̄ enim. ff. de acqui. re. do. quo precepto aliquis occupauit aliquam partem terre aut prouincie assignauit confines in signum territorii deinde venerunt aliqui incole qui Locum illum inhabitauerunt & sic facti sunt subditi ei qui primo occupauit ita nota. bal. in Ru. ff. de reg. diui. isti ergo sic inhabitantes habent recognoscere istum in dominum & superiorem & sic iure naturali & gentium principatus regalis habuit originem & iste est verus intellectus in. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. Vbi habetur q̄ predicto iure gentium distincta sunt dominia & regna condita patet ergo q̄ isto iure reges p̄cedunt & istam originē principatus

adda aliam rēz vna p̄  
D. tho. de regē p̄m.  
v. 3. cap. v.

Regimē regale, q̄ dicitur, ut dicitur  
de iustitia

q̄ terrarū dicitur sibi s̄ bonis  
v. l. §. s̄. §. p̄. 20. c. l. 3.

de iustitia l. iij. c. p̄m. dicitur  
v. l. de regē p̄m.

v. obedi. c. n. §. 69.

hinc venit  
illud qd̄ sicut  
v. l. §. s̄. §. p̄. 20. c. l. 3.



regalis isto modo deductū nō puto differre ab eo quem Aristo. posuit in politicis vt diximus addens etiā aliam causam quare est naturalis quia cum homo fit naturaliter animal sociabile sicut habent homines naturalem impetum ad simul viuendum in vna ciuitate vbi habeant sufficientiam ad vitam sic etiam habet naturalem impetum ad constituendum principatum regalem vt per talem principem possint defendi ab hostibus & impugnantibus vt pacifice & in vnitate viuant quod per regem fit.

*qz nati homo e animal so-  
ciale, ideo nati regime  
regale est, naturale.*

*origo principatus ex iure  
ciuili*

Secundo modo principatus habuit originem ex iure ciuili nā cum aliqua communitas non recognoscens aliquem in superiorem principatum & potestatem transfert: isto modo fit eorum dominus de iure ciuili & sic. n. exactis regibus de vrbē cum Senatus administraret & populus nullum superiorem recognosceret constitutus est imperator & datum est ei ius vt quod constituisset ius ciuile esset vt. l. ii. §. deniq; & §. nouissime de ori. iur. & l. i. C. de manda. prin. & isto modo de iure ciuili habuit imperium originem & iurisdictionem quia per populum Ro. Nam cum simpliciter ius ciuile dicimus ius Ro. intelligimus insti. de iure naturali §. sed quotiens & hoc est quod dicitur in dicto. §. nouissime ibi constituto principe datum est ei ius proprium & qd constituisset ius esset & in. l. i. ff. de cōsti. prin. ibi populus imperium & omnē potestatem ei cōtulit vnde bal. in. l. i. C. de sūma. tri. fatetur. Qd imperator recepit & habuit potestatem & iurisdictionem a iure ciuili & qz imēdiate pcessit a Ro. populo vt est casus ī dicto. §. nouissime & ff. de consti. prin. l. i. dicimus tamen qz quantūcumqz imperator obtineat iurisdictionem & originem principatus sui a iure ciuili non tamen super omnes nationes vt statim deducemus in probatione quarte conclusionis huius prime partis & hec breuiter sufficiant ad ostendendum originem & ortum totius principatus quibus autem modis principatus aut dignitas regalis potest & debet recte institui & per quos: tangemus inferius presertim in solu. ad. xiiii. obiectionem.

¶ Elicimus igitur ex predictis & infra dicendis tres veras conclusiones sequentes in quas tota materia huius prime partis resoluetur.

Prima Ro. populus: & eius principes & imperatores nullo iusto titulo sed tyrānice & vsurpatiuē & per violentiam dominium & iurisdictionē ad regna & puincias orbis occuparūt & obtinuerūt.

¶ Secunda qz reges & principes quibus regna dantur quia ex successione voluntarie & sic naturaliter principantur antiquiorem iustiorē & approbatiorem titulum habent in eisdem regnis & prouinciis q̄ imperator & alii qui dantur regnis & prouinciis veluti a iure ciuili assumpti.

¶ Tertia qz predicti reges & princeps ex successione naturaliter & voluntarie regnantes & eorum populi & prouincie iuste & licite potuerunt etiā vi & armis recuperare regna & puincias hmoi ab imperatoribus seu populo Ro. qui illa p̄dicta regna & puincias p̄ violentiā occuparunt & iugū seruitutis imperialis a se excutere.

¶ Quarta conclusio elicitur ex predictis videlicet imperatorem iuste licite & recte non habere dominium siue iurisdictionem vniuersalem ad orbem sed solum in illa puincia imperii aut populo in quo & ad quem electus est verum quia isti articuli p̄ nunc ad manus nostras venerunt & quottidiani sunt & subtiles & nedum in scholis sed in multorum regum & principū curiis. Et consiliis sepe discutuntur in quibus varii varia loquuntur & arbitrato nostro qui in eisdem scripserunt quorum scripta vidimus non satis radicem articuloꝝ attingerunt decreuimus p̄ modulo ingenii nostri breuia sed vera in eis scribere presertim quia vt diximus eoz̄ discussio non fugit a principali proposito conclusiones igit̄ ipsas propter earum cōnexitatem simul discuti & probari possent nichilominus separatim q̄libet, illaz̄ pbabimus illaz̄q; triplici genere p̄bationis roborabimus scilicet p̄ iure diuino .ii. iure naturali & philosophicis ac moralibus rōnibus. iii. iure positiuo & humano.

¶ Quomodo Romanus populus & eius imperatores vsurpatiuē habuerunt dominium nationum orbis.

¶ Prima igitur conclusio supradicta satis probata videtur per ea que supra tetigimus quia tamē materia illius & aliarum ardua est ideo a radice & primordialibus fundamentis cōsideranda & attingenda est pro clariore itaq; noticia eorum que dicenda sunt &

*qz Romanus imperator  
vsurpatiuē sic habuit  
nisi q̄m latine & bene  
nisi Ro. in monarchia  
vltima p̄te, & hanc v̄p̄ij  
qz hanc nisi est ostēde  
de Cōst. in Can. 22. 5.*



PARS

probatione prime conclusionis & aliarum conclusionum & artificio-  
culorum predictorum aliqua necessaria & vtilia presupponenda  
decreuimus Primo igitur presupponimus q*uod* iure diuino & naturali  
omnes nationes & prouincie que regibus propriis & principibus  
reguntur libere sunt nam contra naturam est o*mn*is subiectio & serui-  
tus vnde scribitur Gene. ix. terror vester & tremor sit super cuncta  
animalia terre non sunt homines q*uod* verbum exponens Grego.  
ait c*on*tra naturam est superbire & super pares velle dominari & ab  
equalibus timeri insti. de iure naturali. s. i. ff. de reg. iuris. l. q*uod* atti-  
net & de iusti. & iure. l. o*mn*es populi. s. q*uod* vero naturalis: secundo  
presupponimus q*uod* si sacram scripturam intueri libet liquido reperie-  
mus quatuor primas monarchias siue quatuor imperia orbis sibi  
inuicem succedentia videlicet: Asyriorum Caldeor*um* Medorum &  
Perfarum Greco*rum* Romano*rum* incepisse per vsurpationem & vio-  
lenciam nec habuisse iustum & rectum titulum. Nam qu*an*tum ad  
imperium Asyrio*rum* & Caldeo*rum* patet manifeste quoniam istud  
imperium incepit secundum quosdam a chaym secund*um* alios a  
membrot. de quo dicit Gene. x. q*uod* ipse esse incepit potens in terra  
& erat robustus venator coram domino. i. oppressor hominum  
sicut exponit magister in historia ecclesiastica & sic c*on*stat q*uod* per  
violenciam & oppressionem aliorum acquisiuit sibi imperium &  
fuit principium imperii sui Babilon & Arath & Calanne aqua  
egressus est Assur qui edificauit Niniuem vt in eodem capitulo  
dicitur circa imperium vero & regnum Medo*rum* & Perfarum &  
Lucide constat incepisse a violentia oppressionem & vsurpationem vt  
patet Daniel. c. v. vbi habet q*uod* interfecto Baltasar rege Babilonis  
translat*um* est regn*um* & imperi*um* in medos post imperi*um* Medo*rum* &  
& Perfar*um* successit imperi*um* Greco*rum* n*on* p*er* iustos titulos aut p*er* aliqu*am*  
iust*am* electionem seu h*er*editaria successionem sed p*er* vsurpationem & vio-  
lenciam que o*mn*ia apte p*ro*ban*tu*r in principio primi libri Machabeo*rum* vbi  
exp*re*ss*e* tradit q*uod* Alexander rex Greco*rum* percussit Dari*um* regem Perfar*um*  
& Medorum plaga multa & interfecit reges terre & sic c*on*stat ha-  
buisse & occupasse Regnum & imperium per violentiam &  
vsurpationem de imperio vero Romanorum luce clarius c*on*stat

q*uod* n*on* est superbia et  
sup*er* p*ro*uincias velle domi-  
nari

perimemur a Chaym, ut  
a Membrat, vsurpatione  
q*uod* dicitur q*uod* si imp*er*ii, n*on* est illi p*ro*-  
p*ri*um aut eligi aut d*is*poni  
do c*on*stituitur illis p*ro*uinc*is*, q*uod* si  
mali eam, q*uod* p*ro*uinc*is* velle  
si p*ro*uinc*is* id fieri velle  
in p*ro*uinc*is* dicitur est. s. i. m  
h*er*editaria de c*on*st. d*is*ci-  
plina. c*on*st. p*ro*uinc*is*.  
de i. s. i. p*ro*uinc*is*. 1.

PRIMA

per violentiam & vsurpationem incepisse vel creuisse & in signum  
huius iniuste vsurpationis & violente occupationis predictorum  
imperatorum & monarchiarum notanter sacra scriptura dicit q*uod*  
hec imperia seu regna ostensa sunt Danieli in visione seu simili-  
tudine non angelorum non hominum sed bestiarum quia non  
insurrexerunt per viam rectitudinis & rationis Sed impetu sensua-  
litatis & cupiditatis Hanc igitur violentiam & vsurpationem  
imperatores Romani post aduentum Christi non solum paga-  
ni sed fideles pro maiore parte continuarunt nam impie fidem  
Christi & Sanctam Ro. Ecclesiam persecuti sunt & vt aduersarii  
publice & vt serpentes & Dracones/occulte infestantes quare in  
apocalypsi sancti Docto. & expositores sacre scripture sub nomi-  
ne Draconis & sathane & aduersarii eosdem imperatores Roma-  
norum appellant & vt tales exponunt & intelligunt vt laicius dis-  
cemus in secunda parte huius libri in fine primi defectus. Vt autem  
manifestius constet eosdem Romanorum Imperatores nullo iusto  
& recto titulo sed per violentiam & tyrannidem prouincias orbis  
occupasse considerandum putamus & inuestigandum qualiter  
Ro. populus & deinde eius imperatores consecuti sunt domi-  
nium & iurisdictionem mundi habent. n*on* vera snnalia nedum  
a sanctis doctoribus sed a sapientibus ac ipsarum legu*m* latoribus  
tradita q*uod* licet princeps Romani habuerint originem ab Aenea  
post excidium Troianu*m* Romulus & numa Pompilius Roma*m* edifi-  
ficarunt alter Ciuitate*m* edificans alter legibus, exornans & ordinans  
vt dicitur tex. in aucten. vt preponatur nomen imperato. colla. v.  
in prin. Itaq*ue* quantum ad eandem Romanam ciuitatem bene est  
fatendum q*uod* predicti principes tunc ius habuerunt cum illam edifi-  
carunt in autem. de questo. in prin. Ad ceteras tamen prouincias & terras  
que per alios reges & populos voluntarie & naturali iure obtine-  
bantur nec Principes predicti Romani nec idem populus Ro.  
ante aut post reges exactos aliquod ius aut Rectum dominium  
aut veram iurisdictionem habere de iure potuerunt sed potius  
vsurpatam & tyrannicam/quod autem ipse Populus Roma-  
nus & imperatores Romani tyrannice & per violentiam regna-

sancti draconis sub nomine  
draconis et sathane, impe-  
ratorum roma. intelligunt

Romanus imperatoris q*uod* tunc h*ab*-  
et in se h*ab*et q*uod* ad ciuitatem  
roma. n*on* quod alius p*ro*-  
uincias.

atq*ue*



PARS

& prouincias occuparunt infinita pene sunt testimonia autentica & verissima diuina & humana nam & hoc ipsum imperatores ipsi attestantur quinimmo sibi ad quandam gloriam attribuunt in diuersis legibus ab illis conditis vbi gloriantur & se iactant q̄ armis & bellis imperium munierūt in. l. i. de Iustiano C. confirmando in prin. ibi excepto huius alme Urbis armorum rēp. muniens & cetera & in. l. ii. s. capta de iudeis & in. s. sed quia ff. de orig. iuris Preterea dicit Orosius quem sequitur eutropius & polycratus q̄ cum Ro. populus per violentiam inuaderet terras & regna finitima & armis illa debellaret quesierunt ab eisdem Romanis qui vos estis qui bona nostra vi & armis eripitis? qui insolenter respondentes dixerunt nos Sumus Romani dominum gentium quibus responsum est, arma pro iure queritis. fiet ergo qd̄ dicitis. si vos viceritis, ex vtriusq̄ ita verbis videtur populum Romanum violentia & tyrānide & non iusto titulo prouincias obtinuisse vnde aug. Tertio de ciuitate dei Romani cupiditate glorie quam ardentissime dilixerunt prouincias subiugarunt seruire in gloriosum dominari gloriosum pri<sup>o</sup> omni studio Romā liberam deinde dominā esse concupierunt & sequitur faustus regius non disciplina putata est beniuolentia consulentis Sed superbia dominantis & iterum hiis artibus Roma creuit reges & populos & finitimos temptabant paucis auxilio erant. Nam ceteri metu percussi a defensione cessabant Rursus idē augusti. recitans verba Salusti creuit inquit Roma metu presente non iusticia sua dente deniq̄ idē augustinus decimo de Ciuitate dei id ipsum pulchre confirmat ait. n. q̄ terrena respub. Romana augeri optabat quia querebat ab hominibus gloriam vnde de illa: dici posset in gloria sua exaltat caput suum & hec in principibus suis vel in eis quas subiugabit nationibus dominandi libido dominatur. Et iterum idem augu. ponens differentiam inter Ciuitatem Romanam. Et celestem Ciuitatem ait illa Romana terrena Ciuitas sine armis non putabat existere posse que compellebat ceteras Ciuitates sub iure Romano seruire & alibi bellādo pugnādo quesitum Roma esse victrix gentium que erat captiua viciorum Rursus

testimō Orosij, eutropij & polycrati, de tyrānide in ciu bellandi & romanis

testimō Augustij primici

in secundo de Ciuitate dei subiicit egregia & notāda verba ait. n. postq̄ in Africa cirus in grecia lacedemonii & athenienses cepere vrbes inuadere atq̄ nationes subigere creuit vt ignis illorū ardor fuitq̄ causa belli ambitio dominandi & maximam gloriam in maximo imperio putare & subiicit libido ista dominandi multis malis agitat & cōterit genus humanū hac inquit libidine Roma cuncta deuicit & sui sceleris laudem gloriam nominabat Ecce inquit sui sceleris laudem in quo expresse concludit vsurpatiuē & violenter dominia Occupasse quod fuit sceleratissimum vnde orosius tam foeliciter Roma vicit q̄ infœliciter omne qd̄ extra Romam vincitur Lucius florius Hystoriographus Romanus & solemnus & trogus Pompeius quem sequitur Iustinus dicunt eodem ore q̄ vicit in italia Ro. populus europam Asiam totum deniq̄ orbem terrarum bellis victorisq̄ pugnabat & velut ignis qui dū incendi incipit difficile extinguitur Cum vidisset opulentissimā predam quasi ab italia abeissam adeo cupiditas eius exarsit vt armis bellisq̄ occupandam vincendamq̄ putaret & iterum populus Ro. capta italia in toto orbe arma circumtulit. Nam vt inquit valerius arma pro lege & titulo habebant Romani adeo vt dicerent dignum esse vt merito seruiret qui liber esse aut nesciebat aut non poterat Preterea sextus rufus historicus Romanus in eo libro quem condidit quo ordine & quo tempore Romani prouincias acquisierunt de Romanis & eorum imperatoribus loquens nostri inquit antiqui auarius q̄ iustus prouincias acceperunt. Et iterum orosius in hystoria ait hoc nomen augusti vsq̄ ad illam diem inauditum erat sed ab Otauiano vsurpatum & subdit orosius ex qua die summa rerum & potestatum apud vnū cepit & quod greci monarcham vocant Romani augustum appellant potētia viribusq̄ aduētum Item ysidorus. ix. ethimologiarum Iulius cesar primus omnium fuit imperator & cesar dictus qui bello ciuili cōmoto occasione accepta primus Romanū occupauit imperiū & sic cōstat q̄ occasione accepta pp bellū ciuile & arma occasionaliter & vsurpatiuē accepit imperiū & iterum de eodem cesare ait solinus & idē orosius & alij scribētes q̄ cesar

Romani arma & lege et titulo habebant. vi. pag. precedē. s. Orosius.

Augusti nomen qd̄ in reip. cepit per seip. cepit.







**C**Nembroth secūdo. ex dicta auctoritate Aug. notatur q̄ populi non habebant aliquas leges sed arbitria regum erant illis leges cū igitur non haberet leges per consequens constat populos p̄dictos non habere iurisdictionem nec principatum per quem leges conduntur quia condere leges est iurisdictionis vt est vulgatissimum & sic patet non esse tunc imperium. Tertio notatur q̄ erant parua & distincta regna & non vnus imperator & Monarcha orbis in tēporalibus quia dicit Aug. q̄ regna finiebant intra vniuscuiusq̄ patriam. sed de institutione origine aut approbatione expressa principatus imperialis nichil reperitur sed nec in euangelio approbatum est immo habemus vt supradiximus q̄ fuit violentum & vsurpatum nullam. n. aliam originem imperialis principatus reperimus in diuinis & approbatis voluminibus nisi q̄ habuit ortū a populo & incepisse actualiter a cesare secundum alios ab Octauiano quia vt supra diximus ante illos nullus nedum re & potestate sed nec nomine obtinuit singularem orbis principatum & sic constat de origine vel de recenti & propinquo exordio principatus imperialis. q̄ autem ante p̄dictos cesarem vel Octavianū nullus hoc nomen Imperatoris obtinuit tamq̄ dominus & Monarcha orbis satis probatur per ea que dicta sunt sed vltra illa dicendum, est hoc esse manifestum nam secundum eundem ysidorum & alios scribentes hoc nomen Imperatoris antiquitus solum fuit nomen illius cui summa cura rei militaris cōmissa erat quem admodum legimus de Vespasiano qui electus est ab exercitu existente in obsidione contra Iherosolimam & hoc est q̄ dicit Ihe. ad euādrum & habetur in. c. legimus. xciii. dist. q̄ antiquitus exercitus imperatorem faciebat postea vero iudices sibi hoc nomen vsurparunt. finaliter senatus hoc nomen imperatoris Cum ea potestate quam populus habebat cesari soli ad aliorum regnorum differentiam approbavit in personam Octaviani secundum p̄dictos & ita determinat glo. in princi. insti. licet alii asserant q̄ incepit a Iulio cesare qui primus Imperator & Monarcha fuit vt cūq̄ sit patet imperii originem & nōmem cum singulari Principatu solum incepisse ab altero ex p̄dictis duobus potestatem

populi a principio sub regibus non habebant leges, sed arbitria regum erant illis leges, ex quo constat populos non habere iurisdictionem nec principatum per quem leges conduntur

apam. ceam. p̄tina. et. dist. in. h. g. na. d. n. o. r. q. u. e. p. r. o. u. i. n. c. i. a. d. u. c. n. a. t. i. o. s. u. n. q. u. e. h. a. b. e. b. a. t. f. a. c. i. t. M. o. i. s. s. s. i. c. e. t. q̄. h. o. i. s. t. o. r. i. a. m. m. o. n. a. r. c. h. i. a. g. l. e. f. i.

ortus imperii

ante Octavianum nōn nomen illud imperatoris accepit, et quid erat illud nomen

ideo populus hoc fecit, q̄ nomen regis erat illud in casibus, vnde tū potestas que imperatoris tradita est, regalis est

asur. la. b. i. g.

vero Primo recepisse a populo qui eam vsurpauit vt diximus & lacius statim tangemus, ceterum imperium secundum catholicam veritatem exordium & originem approbatiue habuisse creditur ab ecclesia sine p̄iudicio regum & principū exemptorum prout lacius dicimus in. xii. obiectione vbi de hoc vt. c. venerabilem de elect. & multis aliis iuribus notatur in. l. i. ff. de requi. rei & in extrauaganti ad reprimendam & canoniste in. c. per venerabilem qui si sunt legi & in iuribus p̄dictis & contrarium asserēs est suspectus de heresi secundum eundem Barthe. in cuius signum spiritu Sancto disponente Constantinus imperator non tantum tradidit sed dimisit ecclesie in personam beati Siluestri gladium & signa imperialia vt aperte monstraret q̄ vsq̄ ad illud tempus nullus fuit legitimus imperator. nam x̄ps in euāgelio Io. dicit q̄ quantum ad veram & vniuersalem iurisdictionem in orbe quot quot ante eum venerunt fures fuerunt & latrones itaq̄ Constantinus in p̄dicta imperii dimissione aperte ostendit ab ecclesia & Christi Vicario eius sponso imperium dependere vt narrat archidiaconus. x. dist. quoniam idem & Oldradus consilio. lxx. quin immo quod fortius est secundum doctrinam sanctorum doctore per aduentum Christi debuit cesare/omnis monarchia immo videtur reprobata quia vt supradiximus ipse est ille Lapis manibus abscisus qui statuam percussit in pedibus per quam statuam significatur ille quatuor monarchie p̄dicte. s. Asyriorum Persarum Grecorum & Romanorum vt habet Danielis. c. iiii. Nam sicut pes est vltima pars corporis sic monarchia Romanorum fuit vltima vnde illam specialius videtur reprobasse maxime quia vt dictum est omnes p̄dicte monarchie vsurpatiue & per violentiam inceperunt quare iuste reprobari & cessare debuerunt quia scriptū est propter iniusticias transfertur regnum de gente ingentem ideo factum est regnum totius orbis vnum in persona domini nostri Ihesu Christi cui data est omnis potestas in celo & in terra vnde glo. Danie. iiii. dicit q̄ sicut a principio nichil fortius Romanorum imperio, sic in fine nil debilius inuenitur & hoc est qd dicit Inno. in. c. super his de voto q̄ post mortem Christi papa eius vicarius

q̄ imperium sine p̄iudicio ecclesie et p̄iudicio principum in cuius habet ab ecclesia, et q̄ q̄zūq̄ asserens, sit p̄iudice ecclesie, s̄z. Rofelū h̄m q̄zūq̄ k̄ n̄m in sua monarchia

inducit authoritas x̄pi. q̄ ipse in dicitur, nullas fuisse vniuersales monarchias legi me s̄z fuisse fures et latrones

siur. a principio nihil fortius Romanorum imperio, sic in fine nihil debilius inuenitur

morentin dixi, q̄ p̄ papa dicitur vt est habet imperium Romanorum et q̄ p̄t recurre ad de que v̄ne p̄uentione imperatoris - s̄z. h̄o eius alit adp̄ h̄e sortis

D ii



obinet virtualiter imperium Romanum & potest reuocare ad se que vsurparunt imperatores. Nam omnis iurisdictio principaliter est dei factoris omnium & per consequens eius vicarii in terris ex cuius dispositione regna ortum & fundamentum habent per legitimam approbationem quia scriptum est domini est regnum terre & ipse constituit principes terre & alibi per me reges regnant nec legimus deum alicui populo etiam sibi dilecto dedisse imperium aut principatum monarchicum totius orbis nisi soli petro & successoribus suis, sed bene constituit eis reges scriptum est. n. q. populus Israeliticus erat deo peculiaris & dilectus illis tamen dedit regem in principem & ducem dicens Moyfi tu reges populum meum legimus etiam q. deus dixit Dauid & aliquibus aliis regibus tibi & semini tuo dabo terram hanc & rursus firmabo regnum tuum & vniuersus populus seruiet tibi Ecce dixit firmabo regnum tuum non dixit imperium tuum nam & aliquando reges iussu dei & aliis iustis titulis regna assecuti sunt vnde deinde rex dicebat in. ps. Ecce ego constitutus sum rex ab eo non dicit constitutus sum imperator & iterum. iiii. regum. xiiii. constituit eum regem dominus in Israel & de eodem a domino constitutus est rex in lege etiã euangelica non reperitur tam antiqua & firma origo imperii sed nec tam aperta approbatio eius sicut regum. Vnde a populus principatum regum non imperialem approbare expresse videtur subditi in q. estote regi tãq. prexcellenti & iterum regem honorificate. Preterea constat Christum non imperatorem sed regem se appellasse & pphete & angeli regē non Imperatorem eum vocant: & ut talē venerantur in cuius femore est scriptum rex regū dñs dominantium. Nec constat q. in euāgelio videat̃ approbatus principatus imperialis p̃ illa verba reddite q̃ sunt cesaris cesari & p̃ alia verba exiit edictū a cesare Augusto vt describere vniuersus orbis quas obiectiones latissime & ex fundamēto examinamus & soluimus infra in. ix. obiectione vbi agit̃ in imperiū fit adeo & ibi plura & de hoc cōcludit̃ igit̃ ex p̃dictis regalē titulū & principatū antiquiorē iustiorē & approbatorē fore q̃ ip̃erialis q̃ veritatem lacius demonstramus in solutionibus ad obiectiones.

*no legitur alicui deus imperium dedisse  
imperium monarchicum nisi soli petro  
tibi, considerato q. p̃ter vniuersū & p̃  
fratris voluit q. p̃ se in hunc mundum  
terris regum meum non est deus mundi*

*deus dedit & p̃ter, considerato t̃  
illud de Moysi, q. eo ip̃o p̃misit  
pluribus nō esse successores sibi in  
q. a ip̃o p̃ter Saulis, dicitur q. e  
p̃terone p̃ter ep̃m veluti p̃ter  
mi p̃no p̃ter. No. Hermalet.*

**¶** Quomodo reges naturaliter regnantes & puincie potuerunt se liberare a violenta subiectione populi Ro. & imperatorum.

*Reges nati potuerunt se liberare a violenta subiectione populi Romani imperatorum.*

**¶** Tertia conclusio est q. p̃dicti reges ex successione & voluntarie seu naturaliter regnantes & eorum populi & puincie iuste & licite potuerunt etiam vi & armis recuperare regna & puincias a populo Romano seu imperatoribus per violentiam occupata & occupatas & iugum seruitutis aut subiectionis violenter a se executere veritatem autem huius conclusionis ex fundamento deducimus & roboramus infra in solutione ad decimam obiectionem vbi p̃ quattuor genera p̃bationis illud demōstramus videlicet testimonio iuris diuini secundo testimonio naturali. 3. politico. 4. iure humano positiuo.

**¶** Quomodo imperator non habet rectum dominium & vniuersalem iurisdictionem ad omnes puincias orbis.

*Imperator non habet vniuersalem iurisdictionem.*

**¶** Quarta conclusio est q. imperator non habet iustum & rectū dominium siue iurisdictionem vniuersalem ad omnes puincias orbis sed solum in illis in quibus naturaliter principantur & ad eas quibus est datus imperator cuius conclusionis veritas luculenter & correlarie ex quadam consequentia patet ex premissis nam cum deductum & p̃batum sit luce clarius populum Ro. & imperatores tyrānice & vsurpatiuē puincias. Et regna naturaliter libera occupasse & vsurpasse & demum p̃batum sit reges naturaliter regnantes antiquiorem & iustiorē titulū habere ad regna & puincias suas q̃ imperator & rursus ostensum sit reges p̃dictos & populos eorum licite potuisse liberare se a iugo subiectionis violente & vsurpate p̃ populum Ro. & imperatores manifeste ex his concluditur reges p̃dictos puincias & regna eorum liberos & libera esse ab omni dominio ac superioritate seu qualibet alia iurisdictione imperiali & per consequens imperatores non habere vniuersalem & iustam iurisdictionem seu superioritatem ad omnes puincias orbis Nichilominus specialibus testimoniis iuribus auctoritatibus & rationibus iuris diuini & humani p̃dicta veritas patefiet Primo. n. p̃dicta conclusio roboratur. iure diuino vt diximus in probatione. ii. conclusionis: & in. s. fi. istius prime partis



huius libri & in. xiiii. obiectione ubi deducimus imperatorem nō esse vniuersalem dominum in tēporalibus in toto orbe & si illud alter habuit fuit permissiue aut vsurpatiuē. Secundo hanc veritatem ostendemus per leges & iura humana etiam ab eisdem imperatoribus condita quo fiet vt suis p̄priis codicibus eos conuincamus & illorum gladio succumbant. xlii. dist. sincera. p̄ cuius veritatis deductione p̄supponimus plures esse species iuris humani aliud est. n. Ius naturale Primeuum aliud ius gentium aliud ius ciuile aliud ius Canonicum in. c. ius ciuile. iiii. distin. cum sequentibus. ff. de iust. & iur. l. i. & ibi nota. & secundum omnia ista genera iuris humani constat imperatores non p̄bare habere superioritatem aut vniuersalem iurisdictionem ad omnes puincias & regna mundi. Nam de iure naturali: Primeuo nec sunt regna nec imperium. consistit. n. illud ius circa ea que cunctis animantibus sunt cōmunia. Vt est maris & fœmine coniunctio: & liberorum p̄ creatio. ff. de iusticia & iure. l. i. de. ii. vero iure gentium quod p̄pter naturalem equitatem naturale dicitur: insti. de rerum diuis. §. qd̄. n. constat q̄ dominia sunt distincta. Itē hoc iure: regna sunt condita & limitata. ff. de iust. & iur. l. ex hoc iure: itaq̄ notissimum est ex hoc iure reges fundare titulos: & iurisdictiones suas: imperatores vero solum sunt de iure ciuili: quia p̄ populum Romanum (vt diximus) in principio huius libri: in p̄suppositis: & per consequens: constat imperatores ex iure isto nō fundare intentum quē p̄tendunt: nec iuste habere aliquam iurisdictionē & longe minus aliquam superioritatem. de iure vero ciuili: est cōsiderandum: q̄ p̄prie dicitur ius ciuile: ius cuiuslibet ciuitatis. ff. de acqui. re. do. l. i. verumtamen ius ciuile p̄prie dicimus ius Romanorum p̄ excellentiam: insti. de iure naturali. §. sed quotiens itaq̄ si ius cuiuslibet Ciuitatis aut puincie cōsideremus de illo nemo dubitat quin multe puincie & plurime ciuitates & aliqui reges fecerunt leges q̄ non subsint imperatoribus vt in Hispania in qua sunt leges q̄ quicūq̄ allegaret. l. imperatorum & eam receperit capite puniaf Nec obstat q̄ hodiernis temporibus leges imperatorum in Hispania leguntur & in iudiciis allegantur quia dicimus q̄ leguntur

proprie conditio conuincere

in naturali primeuo no erant regna. q̄ sine gentibus quod p̄ equitate. nota ē d̄. in imperatores. d̄. de iure ciuili. h̄m p̄prie dicitur. vt h̄ que t̄m. l. i. §. in p̄m. et i. §. 7. p̄g. 2. imp̄m.

ius ciuile quid sit

lex Hispanie q̄ capite p̄m̄ ad qui h̄ imp̄ erant p̄prie dicitur. q̄ h̄odie nō p̄prie h̄et. l. i. §. q̄. apud d̄. d̄. h̄. cap. est. n̄. §. i. n̄. q̄ h̄odie h̄. ille abgeni. h̄. ob. h̄. ratione. d̄. §. h̄. l. i. §. 16. h̄. et alii. ratio. qui. ob. d̄. §. 69.

& allegantur non tamq̄ leges imperatorum sed tamq̄ quedam statuta in naturali equitate fundata quo respectu etiam leges infidelium & gentilium recipiuntur ab ecclesia & incorporantur inter eius decreta & cause ecclesiastice per eas deciduntur & tamen constat q̄ ecclesia non subiicitur infidelibus imperatoribus. x. distin. imperator & c. leges & c. itelleximus de noui. ope. nuncia. itaq̄ vt ait Iheronimus bonas leges Imperatorum & bona dicta gentilium tamq̄ ab iniustis possessoribus vēdicamus. deniq̄ dicte leges leguntur & recipiuntur: non vt leges Imperatoris: sed vt leges regum Hispanie qui illas tamq̄ optima Ratione conditas & velut a se stabilitas obseruari precipiunt itaq̄ predicti reges & alii exempti in quantum volunt ipsas leges inter subditos seruari manserunt addentes & diminuentes aut eas reiicientes & p̄ temporum varietate eas alterantes & mutantes & aliquādo nouas instituunt. Plerumq̄ legibus Ciuilibus penitus contrarias. & nos vidimus aliquas leges Hispanie quas ordinamenta vocamus quę phibent leges imperatorum in iudiciis allegari nisi cum leges Hispanie non sufficiunt quo casu reges statuerunt vt subditi legibus Romanis vt possint pro exercitio scholastico quia illarum subtilitas & naturalis ratio. Plurimum prodest ad declarationem & intellectum Canonum & legum suarum. Si vero consideremus ius ciuile Romanorum quod diuiditur in sex species. s. leges/plebiscita/Senatus consulta principum placita / magistratuum edita/ hęc omnia ab ipso imperatore receperunt auctoritatem. C. de legibus l. fi. & l. non ambigitur. ff. eo. & de isto iure dicimus q̄ talibus legibus non debet credi quarum repelluntur auctores etiam si illud viua voce attestarentur & illud asseuerarent in. c. fraternitatis de hereti. nec in facto proprio ei crederetur in. l. nullus. C. de testibus vt laicius dicemus iuxta obiectionem. De iure vero canonico non reperitur imperatorem habere super omnes nationes superioritatem in temporalibus quia illam solus papa Christi Vicarius in terris obtinet in. c. omnes. xxii. distin. & latius dicemus in fine huius prime partis. Ex quibus concluditur imperatores nullo iure diuino nec humano fundare intentionem suam circa iuris

h. ob. d̄. §. h̄. p̄. ob. d̄. p̄.

ius ciuile Romanorum



ditionem & superioritatem in vniuerso orbe. Et licet per supra dicta apertissime probatur veritas dicte conclusionis videlicet imperatorem non habere iustum & rectum dominium sine vniuersalem iurisdictionem ad omnes prouincias orbis. Nichilominus latius dicta conclusio firmabitur & luce clarius probabitur statim in solutionibus ad obiecta que fieri possunt per eos qui imperiales partes tuentur & presertim in tertia obiectione vbi excludimus predictam vniuersalem iurisdictionem ad orbem per titulum prescriptionis & in .vi. obiectione ac demum plenius in .x. obiectione vbi respondemus ad leges & iura que videntur probare dictam iurisdictionem imperialem ad vniuersum orbem & tandem eadem conclusio apertissime probatur in .xiii. obiectione in qua examinamus an iustius & vtilius sit orbi q̄ vnus solus in temporalibus principatur in vniuerso orbe vel sint diuersi reges per diuersas prouincias & .xiiii. obiectione vbi ostendimus regna & prouincias Hispaniarum & Galliarum imperatori non subiici nec imperatorem recognoscere in superiorem.

¶ **R**esponso ad rationes que probare videntur antiquitatem & iusticiam imperatoris ad orbem.

¶ **S**uperest Respondere quattuordecim principalibus rationibus que allegari solent pro fundanda & probanda antiquitate institutione & approbatione dignitatis imperialis ac illius vniuersali iurisdictione super omnes reges & in vniuerso orbe & in **R**espon sionibus ad predictas rationes & motiua plura vtilia inferentur quinimmo in eisdem solutionibus tota materia originis & institutionis dignitatis Imperialis & Regalis & eius prerogatiua & iurisdicatio resoluetur & lucidabitur ac apertissime deducetur veritas predictarum conclusionum idq̄ ostendetur ex fundamentis naturalibus & iuris diuini & testimoniis politicis & moralibus & iure humano.

¶ **P**rimo igitur Imperialis partes tuentes obiciunt imperatorem nedum habere ius ad orbem: Sed iustiore & magis auctorizabilem titulum habere quam reges circa superioritatem. Et vniuersalem iurisdictionem ad omnes: Prouincias orbis.

*Responso ad obiecta*

Nam dicunt q̄ imperium habuit causam & robur a populo qui ei & in eum transtulit omnem potestatem & imperium in .l. i. de consti. pri. ad quod Breuiter dicimus q̄ ista probatio dominii non fundat intentionem suam quoniam Ro. populus tunc erat particularis populus. nec p̄ tunc iuridice representabat totum orbem quare non potuit in principem plus iuris transferre q̄ apud se habuit in .l. traditio. ff. de acqui. re. do. maxime quia constat q̄ populus Ro. non habuit de iure iustum dominium nec rectum titulum ad totum orbem sed vsurpatiuē vt dictum est supra & lacius statim tagemus, nam cum nationes & eorum reges anteq̄ Romani occupassent illas obtinerent iure diuino & naturali & gentium predictas terras & prouincias naturaliter liberas aliquando iussu dei & naturalibus successionibus & aliis iustis titulis & regna essent distincta non licuit populo Ro. illa videnter a dominiis suis auferre & sibi appropriare prohibente. l. diuina & naturali & politica & humana que habet non licere transcendere terminos quos posuerunt patres nostri qui terram diuiserunt vt patet in Abraam & Loth vt lacius infra dicemus.

¶ **A**n vnus populus vel vna prouincia possit eligere principem totius orbis dominantem.

¶ **S**ecundo non obstat q̄ nedum a populo Romano imperator habuit imperium & iurisdictionem vniuersi orbis sed etiam postea successiue ex electione aliorum populorum & nonnullorum principum constat. n. vt dicunt electionem esse diuinam & iustissimum titulum & per illam iuste principes assumuntur vt de primo rege saule & David ac etiam de roboam de qua scribitur q̄ venit in Sichen vbi congregatus erat omnis Israel ad eligendum regem iii. regum. c. xii. ex quo patet iure diuino principes eligendos esse hoc idem testantur plurima positia iura que in supradicto diuino iure fundantur vt in .c. Moyses. viii. q. i. & .c. l. ceteri & .c. cum deputati de iudi. & hanc electionem ecclesia vtilis nedum tollerat. Sed comprobat & iura super ea. re. instituit vt premissum est pro cuius articuli decisione & maiori corroboratione supra proxime dictorū aliqua vtilia & (vt putamus) rara sed vera subiiciemus

*Iure diuino & b̄ reges eo eligendos, s̄z intelige d̄ principio, postea vero p̄ gentibus transferebantur regna p̄ vniuersum orbem, vt quod statim sequent. ubi d̄ .c. si. p̄ .c. 2.*



presupponimus igitur q̄ vt supra proxime diximus populus nō potuit plus iuris transferre in principē q̄ ipse habuit siue princeps habuerit dominium per viam translationis siue cessionis. Si per translationem expeditum est accedit q̄ populus, solum nudam administrationem & regimem in principem transtulit nō autem ius quo ad proprietatem. Nam substantia ipsa Reipu. spectat ad principem si. n. populus transtulisset dominium in principem & sic abdicasset a se ius vniuersitatis que facit eos liberos tunc illa cessione aut translatio faceret eos seruos & esset cōtraditio & contra mētem populi esset. n. libertas seruitus & econtra quod est impossibile. C. de furt. l. i. ff. de condi. & demonst. l. cum tutele. §. fi. de qua translatione aliqua supra pxime diximus. Quantum autem ad viam electionis ex qua pendet tota vis rationis: dicimus q̄ posito q̄ de iure imperator & reges debeant eligi de quo tamē articulo diuerse & varie sunt opiniones. Nam glo. Io. in predicto. c. Moyses videtur dicere q̄ assumendi sunt per electionem idem tenet Io. glosator contrarium videtur asserere in. c. deniq. vi. q. i. quam partē tenent multi philosophi & morales & theologo inter quos egidius de Roma in li. de regi. principum eam partē tuerur. Dato tamen q̄ per electionem assummi debeant per iura p̄dicta non tamen illa iura & auctoritates probant q̄ vnus populus secularis possit eligere principem qui dominetur toti mundo illud. n. speciale & singulare est. n. in Christi vicario cui Christus cuius est terra & plenitudo eius concessit & cōmissit quicquid ipse in terra poterat circa principatum & iurisdictionem vt ait glo. super illo verbo. ii. Corinth. ii. si qd donauit etcetera vnde cirilus patriarcha Alexandrinus in li. Thesau. ad hoc p̄positū pulchre ait: Christus contulit Petro & successoribus suis tantam potestatem quantam ipse habuit nichil retinēdo. Sed dato q̄ talis populus sibi ipsi secularem principē eligere iuste possit. Non tamen dicunt aliqua iura q̄ alienis p̄uinciis & extraneis maxime inuitis: possit eligere imperatorem aut principem immo eo ipso quod a certis & de certo populo eligitur aperte comprobatur eum non esse principem aliis nationibus nec video aliquo iure expressum q̄ vna p̄uincia

q̄ vna p̄uincia  
par sibi Regem, & nō ex  
seors, nec possit referre  
illud vniuersalē, sicut q̄  
vincijs.

aut vnus populus sit tante auctoritatis vt possit toti orbi eligere aut constituere vnicum monarcham. Nam vt inquit Iheronimus si auctoritas queritur orbis maior est orbe in c. legimus. xciii. dist. facit ad hoc: quia species non comprehendit genus nec gesta particularium preiudicant vniuersitati. ix. q. v. speciale. de capell. mo. c. fi. ff. de le. iii. l. si quid eor. §. quid interceptum. Ex quibus aperte colligitur vnā gentem siue populum non posse alteri genti libere principem eligere aut constituere. Qd̄ etiam morali ratione & auctoritate philosophi perlucide demonstratur ait. n. philosophus in. v. politicorum quia oportet tempu. maxime de bere intendere circa dilectionem principis ad populum & ecōtra rio que raro habetur ad extraneos & ignotos. Vnde subdit philosophus hec verba, oportet regem esse eundem genere aut gente cū populo. Si ergo vnus populus eligit principem alteri genti seu prouincie constat non esse talem principem vnum & eundē cum gēte populi, restat iam veritatem huius articuli roborare & lucide probare de iure diuino. Et primo sic habetur de vterono. xvii. q̄ populus Israeliticus dicebat constituamus super nos ipsos regē sicut faciunt omnes nationes. Ecce dicit super nos ipsos nō super alios. Vnde Moyses iussu domini hoc votum populi confirmās pulchre subdit in eodem capitulo: non poteritis inquit alterius gentis regem facere: ex qua luculēta auctoritate aperissime probatur, deum prohibuisse duo, circa electionem principis, primo ne vnus populus eligat regem aliis gentibus liberis aut supra alias liberas prouincias. Secundo ne eligat regem. Alterius gentis siue regionis, que quidem precepta a diuina prouidentia summa cum ratione prodita sunt. Nam ratio primi precepti fuit quia iuxta philosophi sententiam superius adductam. Solus principatus voluntarius est iustus/stabilis/& pacificus. Sicut iniustus & Parum durabilis quo quis principatur inuitis qd̄ aperissime testatur Aristoteles in. v. politicor. vbi ait q̄ subditis non volentibus mox nō erit rex sed tyrānus nō volētū ex qua auctoritate philosophi luculēter probat principatū populi Ro. & successiue imperator. qui inuitis nationibus imperarūt fuisse tyrānicū & vsurpatū. Vnde Aug. xx.

oportet regem eā eiusde  
gentis, et nō ex teruz. qd̄  
nota pro indigenis. & p  
nata fuitur su vt quāquā  
fio su ab alia distincta. et  
Saben suuz regoz. v. i. p.  
43. b. si q̄t. v. l. m. n. q̄ p̄  
p̄s. v. d. p̄. s. q̄ p̄. & m  
regem







non potest vt in. §. furtiue quoq; res inst. de vsucap. violenta. n. possessio nemini patrocinator & longe minus ad effectum prescribendi no. in. l. eamq; C. de lib. cau. Et hoc expresse habetur in. §. potest & aliter. xvi. q. iiii. vbi ad litteram habet q; ea que quis vsurpat & nullo titulo possidere incepit prescribere non potest. Preterea supradicta sunt manifesta cum sit exploratissimum in iure violentum & tyrānice dominium aut principatum inuadentem nullo tempore prescribere posse vt no. Bar. Bal. & Cinus in l. decernimus. C. de sacro. sanc. eccle. & C. decurio. l. ~~enim~~ qui no. docto. quos sequitur dominicus in. c. fundamenta de elect. lib. vi. & est bonus tex. xii. q. ii. aliena. Rursus roborantur supra dicta etiam iure diuino & testimonio sacre scripture aperte probatur habetur .n. i. paralipo. 4. q; Iosue iussu dei cū destrubisset possessiones & regna terre promissionis duodecim tribus Israel filii tribus Symeon obtinuerunt aliquas Ciuitates distributas tribui Iude quas longissimo tempore etiam volentibus & permittentibus illis de tribu Symeon possiderunt; postea tamen facta est querela per tribum Iude. apud iudices illius temporis : & tandem post longa tempora apud Saulem regem : vt restitueret dictas terras filiis de tribu Symeonis : nec fuerunt auditi . Tandem Rex David qui erat de eadem tribu. coram quo facta est eadem querela : fecit restitui dictas Ciuitates tribui Iude . Non obstante longissima possessione & prescriptione incepta tempore Iosue vsq; ad David quia vt ibi dicit Nicolaus de Lyra. & ceteri docto. non valuit possessio nec prescriptio sine iusto titulo aut sine legitima distributione & appropriatione domini p eum qui potuit. Sic in casu presenti nō potuit populus Ro. nec imperatores illius prescribere iurisdictionem & subiectionem in toto orbe sine titulo aut aliqua distributione vel appropriatione domini in eodem orbe si autem prescriptione predicta iuuari volunt necesse est q; probent iussu dei aut eius vicarii in terris omnes prouincias & reges orbis sibi subiectos esse. Quod cum nullo iure diuino pbari posset per consequens fateri necesse est non potuisse iuuari prescriptione. Presertim quia vt premissum est. Imperatores malam

iniret q; p;nt. S; p;re. m;us d; m; p;e  
nō p;re. l; p;re. s; p;re. t; d; . n; d; e  
i. §. 29. l; m; p;rim.

ma. in. r. i.  
de d; i; s; t; m; a.

in. i. p. 30  
i. p. 30

fidem habuerunt quinimmo violenter inuaserunt regna & prouincias concluditur ergo q; nullo modo prescribere potuerunt. Sed nec prescriptione longissima se iuuare potuerunt eadem violentia obsistente vt. l. si quis emptionis. C. de prescrip. xxx. annorum ibi si quis violenter rem ab altero uulerunt nulla prescript. etcetera. Preterea illa prescriptio longissimi temporum dato q; potuisset induci non tamen dedit imperatoribus titulum aut dominiū ad orbem. Sed solum exceptionem in quantum detinet. Sed si res ipse per alium possidentur non est a iure proditum remedium ad eius recuperationem: presertim per viam predictę prescriptionis vt in dictis iuribus. Nec obstat q; dici potest quia imperatores prescribere potuerunt vniuersalem iurisdictionem quia successerunt in alterius locum. Quare iustam causam ignorantie habuerūt. ff. de re. iur. l. q; in alterius. nā dicimus q; iniustum principium viciat totum progressum actus vt. ff. de acqui. posse. l. clam. possidere initium igitur viciosum & violentum populi Ro. & aliorum imperatorum primo inuadentium nationes viciavit progressum aliorum successorum: qui in vicio successerunt: vt latius dicemus in solutione quarte obiectionis. Nam malafides predecessorum defunctorum qui violenter occuparunt malefidei vitium in successores transfudit. ff. de diuer. temporū prescriptione. l. autem heres vbi pulchre tex. dicit cum heres in omne ius defuncti succedat ignorantia sua defuncti vicia non excludit: nec prescribere valet: quod defunctus non potuit: & sequitur idē iuris est cum de longa possessione queritur nec. n. l. defendetur cum exordium rei bonafidei ratio non tuetur hec sunt verba legis idem est tex. in. l. si ergo. §. partus. ff. de pub. & hec est verissima solutio ad predictā rationē alii vero soluunt nec innepte q; illa regula iuris videlicet: qui in alterius locū succedit iustam habet causam ignorantie habet locū vbi ageretur de ignorantia facti sed cū hic constet de violentia p iura supra allegata & iura sunt certa. ff. & iuris & facti ignorantia l. i. in oī tpe potius hec ignorantia est iuris q; facti q; in p̄scriptionib; nō pdest vt. ff. de vsur. l. nūq; & de iuris & facti ignorantia. l. iuris ignorantia & per cōsequens nulla p̄scriptione se iuuare potuerunt.



phes septuaginta libe  
zme.

¶ Quomodo reges orbis & populi potuerunt iuste & recte ppria auctoritate se liberare et vi & armis a violēta subiectione iperatoꝝ.

¶ Quarto tangamus aliam rationem fortioꝝ que plures sub se congerit obiectiones quas imperiales partes tenentes incōuincibiles esse dicunt: quibus probare nituntur Imperatorem adhuc hodie saltem habitu habere vniuersalem iurisdictionem & dominium ad orbem: omnesq; reges & populos eidē debere subesse: dicunt. n. nemini esse dubium quin imperatores tenuerūt monarchiam orbis pacifice & quiete: & illis tāq; dominis reges & principes ac populi aliarum prouinciarum seruerunt: & operas suas in bellis & alibi locarunt. Item hanc subiectionem publice & longissimis temporibus confessi sunt. Sed etiam de assensu voluntate vel pacto & conuentione eorūdem regum Principum & nationū eisdem imperatoribus vt dominis suis seruerunt. Quibus stantibus eum postea vt est notorium: propria auctoritate rebellauerunt predicti reges. Et principes & se subtraxerunt a domino suo: constat vt aiunt fecisse imperatori & imperio violentiam vt. C. de seruis fug. l. cum seruum & subtrahendo se a dominio & obedientia sua videntur eum dicto vniuersali dominio vel saltē possessione spoliasse: & iniuste priuasse: allegant. C. de p̄scrip. xxx. annoꝝ l. si quis emptionis ad fi. & no. in. c. cum ecclesia subtrina de. ca. poss. Atque omnia per ordinem respondemus & circa primum presupponimus id quod supradiximus q; Imperatores per violentiam & nullo titulo occuparunt prouincias & regna & tunc licuit eis de omni iure diuino naturali & humano post quecūq; tempora quando melius & accōmodius potuerunt & valuerunt ad pristinam libertatem respirare & illam reassumere: ac prouincias predictas a violento Iugo seruitutis liberare propria auctoritate etiam conuocatis amicis: & ista veritas primo probatur iure diuino Secundo naturali & morali testimonio Tertio iure humano & positiuo.

¶ Primum genus probationis.

¶ Primo probat̄ iure diuino multis testimoniis primo. n. habet̄ Gene. xiii. c. q; illi quattuor reges qui iniuste intrarūt & occuparūt

his in q; p̄  
redim. fo. p̄  
que. p̄gi. septi. et sequētib;.

vallem illustrem & tulerunt omnē substantiam Loth. filii fratris Abraam: tunc abraam q̄ primum potuit recuperauit vi & armis quicquid quattuor reges abstulerūt aloth: que quidē recuperatio placuit deo quia eius iussu melchisedech occurrit abrahe: & tāq; sacerdos dei altissimi benedixit ei dicēs: benedictus deus excelsus quo protegēte hostes in manibus tuis traditi sunt ecce apertissimū testimoniū licuisse violentiā passis: terrā & bona ablata recuperare etiā vi & armis. Secūdo habet̄ primo Machabeoꝝ primo q; Alexander macedo monarchiā orbis tenuit licet vsurpatiuē & violēter s̄m docto. adeo q; scriptura testāte siluit corā eo oīs terra qui subiugauit sibi Israelē & totam Iudeam & egiptum & postea eo ante mortē diuidēte regna antiochus radix peccati eandē occupationē continuauit. Nichilominus Iudas machabeus vi & armis licite & iuste illū expulit de p̄dictis puinciis. Nam dicit scriptura q; Iudas & sui multa vi insistentes loca: a patribus suis ablata obtinuerūt & resistētes interemerūt vt habet̄ primo machabeoꝝ. i. & xv. ex quo manifesto testimonio luculēter probat̄ q; iure diuino licite & iuste manu forti recuperarūt reges & populi vsurpata & inuasa etiam p̄ imperatōrē & tunc monarchā & suos succēssores Tertio hoc idē pbatur p̄ aliud testimoniū sacre scripture. Nam scribit̄ Iosue. xi. q; cū rex Semeron & alii reges oriētis & amoi rei & ethei & Iebusei p̄ violentiam occupassent plurimas ciuitates filioꝝ Israel: postea Iosue iussu dei irruit sup eos & recuperauit oēm terrā que oblata fuit a filiis Israel. Preterea cōmendatur Iair nepos eron quia vi & armis multas puincias recuperauit in terrā galaad quas rex & monarcha Assyrioꝝ rapuerat a filiis Israel. vt habet̄ p̄ri. paral. c. i. & sic licitū fuit recuperare que ille monarcha oriētis inuaserat & idē dicendū de puinciis occupatis p̄ Romanos imperatores non. n. diuino iure circa hoc reperimus magis priuilegiatū p̄cipatū Romanorū q̄ tunc Assyrioꝝ. Quarto ex p̄cepto & monitionē diuina iubemur nō dimittere loca n̄ra inuasa sed illa recuperare ab opprimētib; nos: vnde scriptū est p̄ sapientē si spiritus p̄tatem habēs opprimat te locum tuū ne dimiseris eccle. x. displicet. n. deo teste ysaya oīs violēta p̄datio & iniusta occupatio ideo phibuit occu

E iiii

de p̄dictis  
hinc defensio p̄ multis Regni  
not. q; Memoro.



pationes regnoꝝ & terrarū p violentiā: vnde scribit Ezechiel. xlvj. nō accipiet princeps de hereditate populi p violentiā nec de possessionibus eorū dabit suis. vnde seuerē iudicat tales occupatores. Scribit. n. Iob. xxxvi. Iudicat deus opera eorū qui violenti sunt. Et iterū eodē li. c. 27. pars impioꝝ: hereditas violentoꝝ: iuste ergo tali vsurpatione & potētia occupata recuperant p antiquos dños & possessores. vnde scriptum est: pertransibūt populi & auferent violentiā absq; manu Iob. 34. in iusticia. n. & violentia sufficiūt ad transferendū regna de gente in gentē: vt scriptura sacra in diuersis locis cōmemorat. Quinto hoc idem cōfirmant sancti doctores: Vnde ysidorus: motus ex p̄dictis sacre scripture & aliis diuinis testimoniis vt habet. 23. q. ii. iustum bellū ait qd iustum bellum est qd p rebus petendis gerit: aut p patrie saluatione vt. c. fortitudo 23. q. 3. Itē aug. in li. questionū sic gens vel Ciuitas plectenda est que reddere neglexerit qd p iniuriā ablatū est: facit etiā illud aug. cōtra petilianū & habet in. c. si de rebus. 23. q. 7. qd ad oēs impios illa vox dñi valet auferret a vobis regnū & dabit genti facienti iusticia: recte igit reges & populi vniuersi orbis potuerūt eripere sua p bellū & arma ab iniustis detentoribus occupata. Nā vt inq̄ idē aug. vt habet in. c. qd aut eadē cā. 23. q. 7. nostra querētes nō sumus auari: qd. n. auarus querit in re sua possessore: qd in principatu desiderat habere cōsortē: Preterea aug. ad macedonū comitē pulchre & quasi p casu nō ait nō sane quicqd ab inuito sūmif iniuriose auferē. nā pleriq; nec medico volūt reddere honorē debitum: nec operario mercedē: nec tñ hoc qd cūq; ab inuitē capiūt iniuriose recipiūt: qd primo p iniuriā abstulerūt. hec ille. Rursus idē aug. 2. de ciuitate dei excusando Romanos qd rapuerūt mulieres sabinas cū eas primo sabinū rapuerūt: pulchre ait: ex nature iure credo raptas sabinas & subdit eām qd. n. iustius & melius q̄ filias alienas fraude spectaculi inductas a parētibus nō modo accipi: sed vt qb̄ poterit viis auferri: ex qbus auctoritatib̄ apte cōcludit qd reges & populi: nō fecerūt iniuriā retinere aut recuperare ea q̄ ab eis iniuste fuerūt ablata: patet ergo qd ex p̄dictis testimoniis iuris diuini reges principes & populos quoꝝ regna & puincias imperatores p vim

Auferret a vobis regnu et dabit genti facienti iusticia

abstulerunt licite eas potuisse recuperare & ad pristinam libertatē reducere & hoc de testimonio iuris diuini.

¶ Secundu genus probationis eiusdem articuli.  
¶ Secundo superest hūc articulū p̄bari naturali iure & moralib̄ & philosophis documentis. Et primo sic naturale ius primeuum recte appellat qd natura oīa animalia docuit vt ait philosophus in li. de sensu & sensato. & est tex. isti. de iure naturali in principio cōstat autē fm̄ philosophū secūdo de aīalib̄ qd aīalia naturali ipetu pugnat non solū p nutrimento. sed etiā p māione. Ideo cernimus eadē animalia inire certamina p cōseruandis & repetēdis: nedum foueis sed etiā locis in qbus habitant ab aliis aīalibus occupatis. Ex quo videt naturaliter multo magis homini inesse repetere & recuperare terras ab eis violēter occupatas. Secundo hoc idē patet moralibus & politicis documentis ait. n. philosophus primo economicorū qd si ab hominibus que sua sunt nō recuperātur nec recte custodiuntur acquisita nec vtiliter vacat ad acqrenda. Expediē igitur hominibus ratione vtentibus recuperare que sua fuerunt. Tertio secūdu sniam Aristotelis. 3. politicoꝝ omnis principatus violenter occupatus non est fm̄ naturam. sicut nec aliā policiaꝝ transgressiones nam secūdu eum violenta sunt maxime inuolūtaria. Inuoluntaria autem non sunt secundum naturam qd in. 3. ethicorū confirmat. Inquiens: dicit violētum esse cuius extrinsecū contigit esse in vim passo cum igit principatus imperialis quoad vniuersum orbem est violentus & penitus inuoluntarius per consequens licite potest quis se liberare a iugo seruitutis & dominii nō naturalis & inuoluntarii. Quarto naturaliter oīs homo abhorret seruire aut obedire vim facienti: nam talis principans non principat nec subditus seruit delectabiliter sed cum tristitia put inquit Aristoteles in ethic. quare naturaliter talis principatus non est permansiuus: licite ergo reges & populi ab imperatoribus vim passim potuerūt natura ipsa impellente expellere & ppulsare vim coactiuam: quā naturaliter hoies abhorret tāq̄ nociua pollicie humane. Quinto fm̄ eūdē philosophū in. 5. ethi. principatui coacto nichil est aut parum amicitie aut tēperātie sed ne aliqd iustū. Patet ergo

defendit iura regnoꝝ iure naturali. nota qd hinc ergo.







est quod dicit lex quia iniustum principium & presertim in actu possidendi viciat totum progressum. ff. de acqui. posse. l. clam. possidere & no. Bal. in. l. vnica de emancipa. libe. & diximus supra in Tertia obiectione. Nam talis occupatio & Inuasio primo commissa actus habet successiuos violentie continuos pro eo quod in retentione violenta exercetur vitium vsurpationis: vt Sentit Inno. in. c. nouit. de iud. in glo. mag. circa medium & probat. l. si quis diuturnum. ff. de peni. & l. i. in fi. ff. de vsufruct. accresc. & l. vis eius. C. de proba. Vnde quomocumque quis in pristinam se vendicat libertatem vel ad hoc aliquod auxilium prebet vt in pristinam libertatem illi redeant iuste fit: vt no. in dicta. l. vis eius C. de proba. & Bar. in dict. l. i. s. interdictum. ff. vt possi. quin immo dato quod aliqui in talem principem vsurpantem consentirent non tamen excusatur a tyrannide & est tyrannus manifestus. Nam vt inquit Leo papa principatus quem seditio aut ambitus occupauit etcetera si moribus & bonis actibus subditos non offenderit & iuste rexerit. Tamen perniciosus exemplo est habetur in. c. principatus. i. q. i. & Iheronimus in leuitico. Neque tyrannice factiois peruersitas laudabilis erit quia iniuste dignitatem adeptus iuste ea vtatur quia aliud est iniusta potestate iuste vti aliud iusta potestate in iuste vti in. c. neque. xiiii. q. v. ex quibus patet quod qui ab initio in iuste principatum habuit etiam si postea subditi cum confiteantur iuste principare aut in eum consenserint aut ipse iuste & recte gubernauerit non tamen carebit vitio tyrannidis & vsurpationis. Hoc igitur verissimo fundamento stante dicimus quod etiam si tales reges & populi se dicerent & confiterentur subditos imperatorum non tamen eis hec confessio muciculosa seruitia nocent etiam si illud iurassent vt est singularis tex. in. l. si volens. C. de libe. cau. vbi notanter dicit Baldus quod confessio facta contra libertatem hominis non valet tanquam facta contra naturalem statum hominis per quod subiicit Bal. quod si rex Francie aut etiam Imperatores faciant aliquam ciuitatem non suam confiteri esse suam quod talis confessio & iuramentum non valet nec sibi preiudicat. Rursus nec obstat quod per pactum & conuentionem se subdiderunt imperio quia

in add. Bar. l. 3. q. 2. de reg. iur. de iur. iur. non

Tyrannus semper est tyrannus et si aliqui in illius principatus tunc ad non in de iur. iur. non

in de iur. iur. non

dicimus quod etiam si talia pacta aut consensus probentur non tamen dictis prouinciis que vim passe sunt in aliquo preiudicant quin possint suam libertatem tueri non. n. valet pactum infringens libertatem. Cum nemo sit dominus sui ipsius tex. in. l. liberos. C. de libe. ca. presertim cum fieret preiudicium omnibus successoribus & futuris hominibus illius prouincie quos obligare non potuerant: non enim potest aliqua vniuersitas quantumcumque vnita obligare futuros & successores presertim in his que sunt grauis preiudicii in. c. ii. de preca. 35. q. ix. quod quis in. l. si quesita. ff. de auro & argento. lega. & in. l. iii. s. diuus. ff. de sepul. viola. & plene in. l. de quibus ff. de legi. & longe minus possent sese nec successores suos obligare in illis per que infringitur libertas: vt dicta. l. liberos per quam dicit Bal. quod sola voluntate & pacto non potest quis se facere hominem alterius vel eius vasallum. Corroborantur supradicta validissimo testimonio iuris diuini & auctoritate sacre scripture aduersa supra in Responso tertie obiectionis. nam vt legitur primo parali. iiii. licet de assensu & voluntate filiorum de tribu. Iuda. filii de tribu. Symeoni habuerunt aliquas Ciuitates & terras que per Iosue fuerunt distribute tribui Iuda quas longissimis temporibus vsque ad tempus regis David possiderunt nichilominus ille assensus vel pactum factum cum filiis Iuda non preiudicauit successoribus in illa tribu. immo iussu domini per regem David cui facta est querela per tribum Iuda facta est illis restitutio dictarum terrarum non obstante assensu voluntate & pacto predecessorum. Patet ergo ex omnibus & singulis supradictis veritas dictarum conclusionum videlicet reges & principes quibus regna dantur cum voluntarie & sic naturaliter principantur antiquiorem & iustiore titulum habent in eisdem regnis & prouinciis in quibus naturaliter & successione principantur quam imperator patet etiam predictos reges & principes & eorum populos iuste & licite potuisse excutere a se iugum violentum imperiale & libere pristinam eorum libertatem reassumere & per consequens imperatores iurisdictionem vniuersalem aut dominium non habere ad omnes prouincias orbis sed solum ad eas que cum elegerunt.

pactum in frangens libertatem non valet

vniuersitas non potest in his que sunt grauis preiudicii obligare futuros

v



Imperium in se ideo regnum  
immediate. Et a Romano  
potestate

**¶** An imperium est adeo approbatum & immediate institutum vel sit: a Ro. Pont.

**¶** Quinto principaliter non obstat alia obiectio predictorum videlicet q̄ imperium videtur approbatum adeo & per consequens erit eius institutio & origo de iure diuino & naturali quod probant per illud verbum Christi reddite que sunt cesaris cesari. Ad quod dicimus q̄ immo illud probat oppositum videlicet non omnia esse imperatorum. Vt ipsi imperatores statuerunt de se ipsis in. l. bene Azenone. C. de quadri. prescri. Nam cum Christus dixit reddite que sunt cesaris aperte demonstrauit multa esse que non erant cesaris & lacius dico in libro defensorii ecclesie Rursus potestas imperatorum nō est immediate adeo Sed a principio nascentis imperii fuit a populo & lege regia vt supradictū est & no. Bal. in. l. impe. ff. de iuri. omni. iud. post ea vero eius potestas immediate est a papa si autem approbatiue imperatoris potestas esset immediate adeo tunc sequeretur q̄ essent duo vicarii equales in temporalibus & essent duo monstruosa capita & offenderetur articulus vnā sanctam & apostolicam & propter hanc monstruosam absurditatem papa non potest sibi facere equalem vt no. Bal. in prohemio feudorū & inferius tangemus in. x. & in xiii. solutione Accedit quia illa verba Christi reddite que sunt cesaris etcetera non sunt approbantia principatus imperiales salē super toto orbe nec id sapere videntur probant hec exempla & testimonia diuine scripture.

**¶** Primo nō. n. deus ideo approbauit principatū Nabucodonosor regis infidelis & tyrāni pro eo q̄ deus seruū suū illum appellat dicens quid dabo seruo meo Nabucodonosor regi pro eo quod seruiuit michi apud cirum odio certe populi Israelitici placuerunt deo seruitia illius regis in desolatione illius populi prestita vnde Grego. infelix populus Israeliticus cuius comparatione rex infidelis & iniquus seruus dei appellatus est.

**¶** Secundo non ideo propheta dei approbauit principatū eiusdē Nabucodonosor regis quia insit fidelibus & deū colentibus orare deum pro eo dicens orate deum pro vita Nabucodonosor regis Babilonis

Et est beatus nō. s. prius q̄  
papa habeat vtūq; qd  
dicit. ex q̄ est sequitur q̄ est  
regis ab illo & penderant  
vclut imperant. qd anser  
vni alix hanc scripti

Babilonis & pro vita Balthasar filii eius vt sint dies eius sicut dies celi vt viuamus sub vmbra illorum etcetera. Constat tamen q̄ propheta sciebat eos infideles & ydolatras sed licet non ignorabat populum Israeliticum propter eius peccata pati illam captiuitatem & tyrānidem quia scriptū est propter peccata populi dat regem ypocritam & transfert regnum de gente in gentem tum respectū seuitie & tyrānidis quam in alios idem rex & filius suus exercebant remissius aut leuius cum propheta & suis fidelibus se habebant & colere deum permittebant ideo orabat propheta pro corpe vita non vt pro bono & fideli principe orari solet & debet sed ne amplius in eos seuirent & deū colere pmitterēt humaneq; illos in dicta captiuitate tractarēt orabāt deniq; p̄ eis ne illis deterior veniret q̄ eos amplius cruciaret sicut legit de muliere q̄ orabat deū p̄ tyrāno siracufano nō q̄a bono s; ne seuior peiorq; p̄ eū regnaret.

**¶** Quare ecclesia orat pro imperatore.

**¶** Tertio in eadem ratione non ideo imperium non videtur immediate adeo procedere nec approbatiue habere dominiū in vniuerso orbe pro eo q̄ ecclesia que spiritu sancto regitur orat p̄ imperatore & q̄ deus sibi subiectas faciat omnes barbaras nationes s̄m ordinationē Grego. in officio diuino. Nam dicimus q̄ etiā orat pro omnibus regibus catholicis quinimmo p̄ omnibus paganis & infidelibus quorum statū ecclesia non approbat Rursus q̄ hoc q̄ ecclesia orat predicto modo pro imperatore vt deus sibi faciat subiectas omnes barbaras nationes aperte monstrantur non esse eidem imperatori subiectas omnes nationes imo ecclesie Romane. Nam cum imperator sit vicarius & protector ecclesie vel sedis apostolice & in eius obsequium & ministerium gladium portat secundum apostolum & ab eadem sede apostolica pro ecclesie defensione & fidei augmento deputatus quicquid imperator acquirit ecclesie Ro; acquisitum videtur a qua dependet immediate vt infra dicemus in. x. solutione. Preterea cū ecclesia orat q̄ deus subiectas sibi faciat omnes barbaras nationes satis inferē q̄ dicte barbare nationes sibi non subiiciuntur & per consequens non totus orbis si. n. ecclesia crederet & teneret q̄ ex vniuersali dominio



Imperatori sint subiecte oēs nationes frustra oraret vt iterum sibi de nouo subiiciat Sed forte dices duo primum q̄ ecclesia orat p̄ barbaras infidelibus secundo q̄ nationes barbare que ei rebellariūt & de facto nolunt illi obedire p̄dicto imperatori subiiciant. Ad primum dicimus q̄ hoc non militat quia etiā ecclesia segregauit & specialiter orat p̄ paganis & infidelibus vt deus illos illuminet & fidem agnoscant itaq̄ non erat necesse iterum quō pro imperatore/orat p̄ eis fundere preces maxime eadē die ad Secundū dicimus q̄ si oēs nationes barbare essent de iure subiecte iurisdictionaliter Imperatori. s. de facto non obediūt non esset congrua oratio vt Imperatori que sua sunt sibi subiiciantur. Sed forma orationis deberet esse vt easdem barbaras nationes imperatori subiectas ad pristinam obedientiam reducere & restituere deus dignes sic. n. agit quando orat pro hereticis & scismaticis vt eos ad unitatem & gremiū ecclesie reducat ex quibus concluditur q̄ per talem orationem ecclesia aperte demonstrat imperatori nec de iure nec de facto sibi fore subiectas omnes nationes.

¶ Quarto nō ideo deus nec ei<sup>9</sup> p̄pheta Samuel principatū Saulis auctorizabiliter approbauit quia idē Samuel Saulem p̄dictū regē constituit nā constat q̄ a populo fuit petitus rex & sic ex clamore populi q̄ in contēptū prophete qui pro tunc tipum tenebat summi sacerdotis quare Saul iussu dei populo clamante Rex fuit factus Sed a diuina voluntate reprobatus quia scriptum est primo regū viii. & displicuit sermo populi petentis regem in oculis Samuel ideo dicit dñs ad eum audi vocem populi quia non te abiecerunt sed me ne regnē super eos itaq̄ fuit quedā approbatio p̄missionis aut potius indignationis non auctoritatis aut diuine voluntatis quia in ipsa ordinatione fuit reprobatus in odium populi temere regē petentis & p̄phetam tunc sumum sacerdotem contēnentis vnde dicit deus ad Samuelē primo regū. xvi. quousq̄ tu iuges Saul: cū ego proiecerim eum ne regnet super Israel ideo item non deo approbatus est principatus eiusdem Saulis quia iussu dei propheta dixit populo regē petēti. Hec sunt iura regis accipiet filias vestras Asinos & Boues etcetera. nec ex tali narratione visus est propheta

illic legit<sup>r</sup> de rege syriano.

approbasse illa esse legitima iura boni regis sed intellexit q̄ tales vsurpationes solent iniqui reges & contra voluntatē dei regnātes exigere tāq̄ vera iura regis itaq̄ sunt verba indignantis non auctorizantis immo potius fuerunt verba prophetizantis & cominantis q̄ talia pati deberent Accedit quia per illa verba reddite que sunt cesaris cesari solum Christus intellexit q̄ deputata cesari reddant cesari ad quem sensum dicit Canon imperium suis publicis administrationibus sit contentum. x. di. imperium & qd̄ subiicit Xps que sunt dei deo non est etiā inferendum q̄ aliqua sunt que non sunt dei quia esset absurdum dicere cum omnia sint dei & ipse sit vniuersorū dñs voluit tamen q̄ ea que sunt deputata cesari reddantur sibi in quantum nutu dei & vicarii sui cuius iudicio & nutu tenet principatum institutus est nam alias tyrānice & vsurpatiuē teneret secundum docto. Et tangit. Io. de ligni. in mag. prohemio decretalium patet ergo ex predictis aptissimis testimoniis iuris diuini non ideo imperialem principatum esse approbatū a Christo quia dixerit date que sunt cesaris cesari nec pro eo q̄ imperatores aliquando magna seruitia deo & ecclesie attulerint sed nec obstat q̄ Xps soluit tributū cesari nam dicitur q̄ propter hoc non est visus imperium approbare circa vniuersalem iurisdictionem orbis quia hoc fecit vt vitaret scandalum pusilloꝝ non. n. tenebatur Xps ad aliqua tributa quia filius regis eterni erat vnde dicebat ad petrum q̄ filii regum liberi erant tributo & ab omni seruitute verūtamen sicut multa sunt homini debita que non licet repetere p̄pter scandalum vitandum ita multa sunt ad que homo non tenetur tamen propter scandalum vitandum soluuntur sic Xps licet esset liber ab omni tributo ne tamen scandalum fieret pusillis soluit dramā de mari tamen non de terra vt non solū terre sed etiā maris dñm se esse ostenderet vt habet Mathe. xvii. c.

¶ An imperium ex auctoritate euangē. obtineat iurisdictionem vniuersi orbis.

¶ Sexto nonnulli conantur asserere imperium approbatum esse de iure diuino & aiunt imperatorē auctoritate euāgelica obtinere vniuersalem iurisdictionem in vniuerso orbe & allegant dictum

F ii

imperium ex auctoritate euangēlica in obtineat iurisdictionem vniuersi orbis



Euangelii luce.ii. vbi dicitur exiit editum a cesare Augusto vt describeretur vniuersus orbis cui edito parentes Christi in ipsa eius natiuitate obtemperarunt ex quo eliciunt q̄ per euangelicam veritatē imperialis dignitas & eius vniuersalis iurisdicōtio in toto orbe aperte & expresse est approbatum/ad quod dicimus huic obiectioni : plene esse satisfactum per ea que supra diximus ad similem auctoritatem euangelii videlicet reddite que sunt cesaris cesari. Sed quia hec videtur principalis auctoritas ex qua imperiales partes tuentes plurimum se muniunt oportunum duximus a fundamento auctoritatis intellectum aperire & insuper declarare dicte descriptionis misteria & ostendere causas quare Euāgelista in ipsa Christi natiuitate fecit mentionem de monarchia cesaris & de huiusmodi descriptione orbis & ad quem effectū ex q̄bus resultabit per auctoritatem predictam & similes nullo modo imperium esse de iure diuino approbatum nec per illa verba imperatorem posse probare intentum suum circa iurisdictionem ad vniuersum orbem Primo igitur dicimus q̄ in dicta auctoritate factum narratur non approbatur nam presupponitur q̄ cesar subiugauerat orbem quod non negamus. Sed diffitemur quod iuste immo vsurpatiuē occupauerat vt supra deduximus pro cuius rei clariore noticia presupponimus q̄ non omnia que narrantur in Euangelio & sacra scriptura sunt de iure diuino nec talia narrata censentur approbata quinimmo secundum sententiam Sanctorū doctorum super illo verbo. Et laudabit dominus villicū iniquitatis etcetera Luce.xvi. spiritus sanctus loquens per prophetas & Euangelistas docet plerumq̄ non solum ex bonis & iustis factis. Sed ex malis & reprobatis sumere exempla induitiua ad id q̄d principaliter intendit elicere aut ad figurandum. altiora misteria quemadmodum in eodem Euangelio videre libet vbi idē Lucas de domino qui petiit vilicationem a vilico suo qui non minus maliciose & dolose q̄ astute agens quitauit & liberauit debitores domini quosdam in dimidia alios in certis partibus vt saltē postq̄ amotus esset a vilicatione debitores predicti reciperent cum in domos suas vnde idem Lucas Euāgelista subdit q̄ laudabit

*exempla q̄bus aut q̄ sunt  
sacra scriptura non sunt  
tota, sed figurata nec  
est in se, que p̄ se  
illud ecce dno gloriā  
gnatē (vt in ioh̄) in  
teligē, de q̄ arguē.*

dominus astuciam villici q̄ prudenter. i. caute egisset super quo verbo dicunt expositores q̄ illa factua narratio tanq̄ iniusta & iniqua non approbatur nec est admittenda & ille villicus comeri datur non de fraude & dolo cōmissis in rebus domini quia iniuste faciebat liberare debitores domini sui inuiti. Sed laudatur in eo solo quia sibi in futurum p̄uidere videbatur licet per vias fraudulentas & iniquas & sic patet q̄ non omnia narrata per Euangelistas sunt iusta & approbata sed plerūq̄ sunt iniqua & vsurpata Rursus alibi Euangelista dicit ex ore domini q̄ in ore duorum vel trium stat omne verbum non tamen vniformiter de iure diuino in omnibus causis & negotiis debemus stare testimonio duorum vt. iiii. q. iiii. testes. ii. q. iiii. s. i. Preterea in Euangelio narrat parabola de filio prodigo qui dixit patri da michi partem me cōtingentem quod pater fecit non. n. hoc est a iure diuino aut humano approbatum videlicet q̄ pater cogatur in vita sua distribuere filiis hereditatem suam nam viuente patre filius non habet ius acquisitum in bonis eius vt no. C. si in fraud. patro. l. ii. & l. i. C. de inoffic. donat. Itaq̄ narrantur similia potius ad eliciendum q̄ Euangelista principaliter intendit aut ad significandum profundiora misteria nā regula est secund. Aug. iii. de doctrina Christiana q̄ historica aut figurata in sacra scriptura non sunt accipienda ad litteram nam dicit. q̄d est misera seruitus animē signa p̄ rebus accipere vnde subiicit vniuersalem esse regulam q̄ quicquid in Euangelio continetur si nec ad morum honestatem nec ad fidei veritatem referri possit figuratum censendum est. deum etiam in Euāgelio habet illa parabola de rege q̄ fecit nuptias filio suo qui cum vidisset inuitatos non venisse mādauit intromitti quoscūq̄ quibus intromissis cum rex vidisset pauperem non veste nuptiali vestitum mandauit nedum expelli. Sed mitti in tenebras exteriores. Ex quibus verbis minime approbatur q̄ pauperes & nudi maxime inuitati ex eo solo q̄ non habeant vestem nuptialem debeant mitti in tenebras exteriores cum potius scriptum sit egenos vagosq̄ induc in domū tuam cum videris nudum operi eum & carnem tuam ne despexeris Rursus succedit aliud exēplū

*Regula augustiniana in inuicem  
tando et legendo sacra  
scriptura.*



dicitur. n. in Euangelio eiusdem Luce. xvi. de diuite & Lazaro q̄  
 diues sepultus est in infernum qui cum videret Lazarum in sinu  
 Abrahæe rogabat eum vt intingeret extremum digiti & refrigera  
 ret flāmas eius que verba non approbantur vt sonant. Sed alio  
 sensu intelligenda sunt quia in animabus defunctorum ante res  
 assumptionem suorum corporum non est dare corporalem oculo  
 lum vel linguam aut digitum. Nam spiritus carnem & ossa non  
 habet sed per intinctionē digiti intelligebat aliquē influxū alicuius  
 gratie dei ad refrigerium imprimendum. Sic ergo in proposito  
 Lucas Euangelista ad eliciendum id qđ intendebat principaliter  
 & ad significandum profunda misteria circa natiuitatem Christi  
 inseruit descriptionem orbis & solutionem census per monarchā  
 cesarem vsurpatiuē iussam accedit quia predicta verba descri  
 ptionis orbis non sunt verba Christi imperium approbantis sed  
 sunt verba Euangeliste rem gestam de facto narrantis fuerunt. n.  
 verba non propter se prolata nec principaliter ad probationem  
 vniuersalem iurisdictionis Imperialis relata sed propter aliud &  
 incidenter dicta quare secūdum iuris regulam que habet q̄ verba  
 narratiua emissa propter aliud non probant nec aliquo modo  
 talia verba prestant auctoritatem actui narrato in. l. ex hac scri  
 ptura. ff. de dona. & l. i. C. de fide. instru. & c. olim de Censu.  
 confirmantur predicta quia nominatio alicuius vt talis non vide  
 tur eum approbare vt talem. ff. de inoffi. testa. l. cum proponas  
 c. si Papa de priuile. lib. vi. & tex. cle. si sumus de senten. ex com.  
 Ideo dicit lex q̄ verba narrantia statum vel dignitatem alicuius  
 que sibi non heret a natura etcetera si sit de substantia actus qui  
 geritur non inducit dispositionem aut approbationem in. l. ex  
 hiis verbis. C. de testa. militi. & faciunt que ibi no. Bal. non. n.  
 Lucas Euangelista intendebat per predicta verba approbare vni  
 uersalem iurisdictionē orbis esse apud Cesarē quā non ignorabat  
 tenere vsurpatiuē & de facto illud. n. ostendebat ipsa populi no  
 minatio siue descriptio que deo odiosa est & ab eo grauiter puni  
 ta vt patet in David rege quod non latebat eundem Lucam qui  
 inter omnes Apostolos & Euangelistas doctior erat ab sit. n. vt

Lucas approbaret quod deus reprobauit presertim quia idem  
 Lucas sciebat q̄ Christus in natiuitate sua humilia mundi respi  
 cere debebat vt fortia queq̄ cōfunderet. Sed Lucas ipse id quod  
 de facto cesar fieri mandauit ipse narrabat vt texeret historiam na  
 tiuitatis Christi veri orbis monarche cum incidentiis illius tem  
 porum presertim quia predicta descriptio orbis & pacifica mo  
 narchia cesaris aliud misteriu significabat vt statim dicemus.

¶ De causis quare in Euangelio narratur monarchia Cesaris in  
 describendo vniuersum orbem & an talis descriptio probet vni  
 uersalem iurisdictionem in orbe.

*Causa me in euangelio na  
 ratur' Monarchia vniuersa  
 li*

¶ Superest post predicta profundius causas huius descriptionis  
 assignare & breui declarare que fuit causa quare in Euangelio &  
 presertim vbi agitur de Christi natiuitate Euangelista interfert  
 potentiam & monarchiam eiusdem cesaris dicimus igitur secū  
 dum doctrinā sanctorum doctorum q̄ ista descriptio cesaris siue  
 sumatur quia census ab vnaquoq̄ datus redigebatur in scriptis  
 similiter soluentes describebantur siue summatur realis descriptio  
 per capita vt sciretur numerus omnium familiarium orbis aut  
 saltem cuiuslibet gentis sibi subdite/ maximas altissimasq̄ causas  
 habet & propter magna misteria per instrumentum Cesaris ex  
 diuina prouidentia facta est. Nam eodem anno quo Cesar Augu  
 stus huiusmodi edictū de orbe scribendo promulgauit orbis ipse  
 magna pace gaudebat in quo presignabat iniciatio pacifica prin  
 cipatus ecclesie signabat etiam q̄ verissimam atq̄ firmissimam  
 pacem mundus diuina ordinatione habiturus erat videlicet per  
 natiuitatem veri & eterni regis & monarche cuius aduentui & illius  
 principatui pax illa familiari debebat & propter ea in eius ortu  
 audientibus hominibus Angeli cecinerunt glo. in excelsis deo  
 & in terra pax hominibus quod tempus predixerat ysayas dicēs  
 q̄ tanta futura erat pax cum Christus nasceretur vt gladii vertes  
 rentur in vomeres eodem igitur anno Cesar nutu & dispensa  
 tione dei effecit vt omnes homines singularum nationum orbis  
 describerentur censumq̄ vbiq̄ persoluerent nec sine misterio

*scilicet An. tenet de regim  
 prim. q̄ ille imperator  
 vtrum dei Sabetur*



illo presertim tempore facta est a Cesare descriptio ac solutio census. Nam veluti in natalibus alicuius filii magni: & mortalis Regis solent subditi iussu patris congratulari & se manifestare atque in obedientie signum censum solvere & se describere sic predestinavit deus mortalem Cesarem ut eius iussu & misterio natiuitatem veri & eterni & vniuersalis monarche orbis singularum nationum homines congratularentur & per descriptionem hominum & census solutionem natum esse totius orbis verum regem & se ei subditos faterentur hoc igitur misterium secundum Iheronimum signabat predicta descriptio unde ut verba Euangeliste habent non sine causa dicitur prima descriptio quia nunquam penitus ab orbe condito atque ab exordio generis humani in hunc modum nec ad tanta misteria facta aut concessa reperitur itaque predicta descriptio vniuersi orbis eo tempore a Cesare iussa est sed adeo preordinata facta quidem per Cesaris mortalis organum sed ad eterni Regis obsequium nec solum ad Cesaris honorem sed potius terrorem facta est inquam ad Cesaris preceptum. Sed ad diuinum intentum Cesar. n. misterium ignorans instrumentum & minister erat diuine ordinationis videlicet ad ostendendum pacificam natiuitatem veri regis & monarche orbis & illa Cesaris potentia dum potentior erat potentiori cederet & seruiret cuius misterii potissimum signum fuit quia eo tempore reges tartis & insule magi. videlicet ab oriente venientes sancti spiritus gratia informati ipsum sciebant esse regem nedum celestem sed terrenum & temporalem quare vim predicti editi & descriptionis orbis recte intelligentes non Cesari nec eius rectoribus sed Christo nato regi magno censum & munera obtulerunt tanquam vero & vniuersali domino Rursus idem cesaris edictum nequaquam principatum orbis vniuersalem in eo approbabat. Sed alium videlicet in Christo & ecclesia veriore firmioreque & vniuersaliore presignabat quinimo iudicabat predictae temporalis monarchie cessationem atque debilitationem itaque voluit deus eandem potentiam terrenam quasi breui duraturam per veri & eterni regis ortum cessare & cum honore sepeliri nam sicut lumen candele cum extinguitur maiorem lucis splendorem

emittere videtur sic imperium Romanum cum per aduentum Christi veri imperatoris extingui debebat illo tempore amplius Lucem & fortius ac vniuersaliter in orbe dominari videbatur ut statim aut decideret aut paulatim minueretur unde glo. Danielis secundo dicit quod sicut a principio nil fortius Romanorum imperio sic nunc nil debilius ut supra deductum est: in presuppositis congruebat nam iuxta Danielis prophetiam ut quartam bestiam ceteris dissimilem & prepotentior. scilicet Romanorum imperium: filius hominis confringeret eo potissimum tempore quo fortius vniuerso orbi principari videbatur quo tempore natus est Christus ut altera Danielis propheta succederet quia venturum erat regnum omnia dominans per partem ferream statu designatum & tunc lapis abscissus de monte sine manibus. id est sine virili semine: & opere statuum debuit conterere ut supra diximus.

¶ Secunda causa quare facta est dicta orbis descriptio per monarcham orbis tempore natiuitatis Christi assignatur quia significabat quod illo tempore omne fere genus humanum ydolis seruiebat & pacifice a demonibus possidebatur: & sic vniuersaliter homines seruituti diaboli seruiebant & censum cultus & adorationis ei prestabant que vniuersalis & censualis seruitus per natiuitatem Christi tollenda erat.

¶ Tertio idcirco tempore natiuitatis Christi Romanorum Imperium vniuersaliter dominabatur: videlicet permissione diuina ad puniendam scelera regnorum mundi que deus per imperatores ut per ministros instrumentaliter vindicauit ut alias puniuit populum Israel: per Pharaonem circum & Nabuchodonosor & alios perfidos & impios ac ydolatrias monarchas nec tamen istorum nec istius monarchias vsurpatas visus est approbare ut infra dicitur.

¶ Quarto ideo diuina prouidentia illo tempore Romanorum imperium plurimum voluit fulgere & preualere ut demonstraret Christi potentiam magis triumphalem & tanto fortiore verioreque principatum in vincendo quanto tam terribilem bestiam & tam forte principatum sibi subiiciebat hec sunt cause hec misteria mistica que signat Lucas in Euangelio cum dixit edito cesaris descriptum



esse vniuersum orbem Adde quod ideo dixit in vniuerso orbe videlicet quo ad aliquas principales partes eidem imperatori subditas vt tangetur in .x. obiectione. Nec obstat q̄ Christus & eius parentes obediuerunt precepto cesaris qui illius iussu passi sunt describi per quod videtur approbari monarchia cesaris nam obedientia & actus obsequiales & reuerentiales facti alicui signa sunt approbationis status & dignitatis illius vt. c. ex ore de his que fiunt ama. parte & .c. per tuas de probati. dicendum est quod Christus & parentes eius impleuerunt preceptum cesaris non vt preceptum coactiuum arctans eos quia isto modo nec. Christus nec aliqui sancti viri tali precepto cesari erant subiecti quia si preceptum est iustum cum voluntas bonorum virorum semper consonat legi ideo boni non sunt sub tali lege & precepto sed malis Christus igitur & parentes eius impleuerunt preceptum voluntarie vt scandalum vitarent quia alii forsan inducerentur ad non implendum preceptum cesaris impleuit igitur Christus omnem obedientiam. s. ad patrem qui misit eum ad parentes carnis quibus subditus erat ad principes temporales quorum leges voluntarie seruabat vt in solutione tributi & etiam nobis exemplum preberet principibus etiam discipulis quamdiu tollerantur obediendum fore. Item ad leges antiquas quas implere non solere venerat.

Septimo non obstat q̄ imperator acquisiuit imperium Romanum ab hostibus & sic iuste facit secundum eos quia lex dicit q̄ per arma Imperium suum muniuit quia dicimus q̄ eodem modo alii principes acquisiuerunt principatum Regnorum suorum ab hostibus & iustius hoc dicere possent Hispani quia a faucibus infidelium regna eripuerunt vt no. lxxiii. di. Adrianus & sic hec ratio non militat pro vt lacius diximus & principaliter dicemus in .xi. solutione ad .ix. obiectionem.

Octauo non obstat q̄ dicitur in .c. quo iure defendis vbi habetur q̄ iura humana sunt imperatorum quia dicimus quod etiam ibi dicit q̄ sunt regū in regnis suis ibi per iura regum possidentur possessiones etcetera.

¶ Quo sensu imperium est adeo.

¶ Nono non obstat quod dici solet q̄ imperium est adeo quia dicimus q̄ illud non obtinet dispositiue sed permissiue tantum secundum illud non haberes potestatem nisi data tibi esset desuper & alibi propheta non est malum in terra q̄ deus non fecerit maxime q̄ dici potest q̄ est imperium adeo non tamen immediate sed adeo vt omnis alia potestas etiam tyrānorum quia scriptum est nō est potestas nisi adeo Item alio modo respōdetur videlicet q̄ potestas & iurisdictio ip̄atorū est a populo & exercitu. xciii. di. legimus nec habet imperium immediate adeo licet ab eo sit omnis potestas. xxiii. q. i. q̄ culpā nam & potestas tyrānorum est adeo permissiue vt supra diximus quicūq̄ sit de ceteris potestatibus constat tamen q̄ secundum Catholicam veritatem imperialis auctoritas dependet principaliter & immediate ab ecclesia cui fidelitatem prestat in cle. Romam. de iure iura. & habet iurisdictionem sine preiudicio eorum qui eidem imperatori nō subsunt vt rex Francie ex qua gloriosa domo prodiit imperium in latinos libero manente regno Francorum vt latius dicitur in .xiiii. obiectione vbi principaliter & singulariter agemus an reges Francie & Hispanie in aliquo subiiciantur Imperio.

¶ Respōsio ad leges & iura q̄ habet q̄ ip̄ator est dñs orbis & de vero intellectu dictorū iurū & an ip̄ator potuit cōdere tales leges.

¶ Decimo non obstant iura & leges que videntur dicere imperatorem esse dominum orbis vt in .l. de precatio. ff. ad .l. rodiam de iactu. & in .l. bene azenone. C. de quadrie. p̄scrip. & quod ait gratianus in .s. hoc si quis. xi. q. i. vbi habetur q̄ sub imperatore sunt oēs nationes quibus siquidem legibus & ceteris similibus tendētibz ad eūdem effectum respondemus primo simul deinde quelibet particulariter tangemus & quia ex predictis legibus insurgit principale fundamentū in quo scribentes figunt pedem & iaciunt cimenta ad pbandū imperatores habere dominiū & vniuersalem iurisdictionē in omnibus nationibus orbis quinimo solent imperiales partes tuentes. ll. predictas in Scholis ac disputationibus p̄ precipuo scuto & probatione predictę vniuersalis iurisdictionis

*oēs potestas a deo*

*Solutio ad id q̄ imperator est dñs orbis*



adducere & allegare facientes de eis magnum festum ad roborandum predictum vniuersale dominium Imperiale ad totum orbem ideo dignum duximus tam debile fundamentum tam fortioribus rationibus & testimoniis & auctoritatibus refellere ut merito pudor videatur doctis viris in tam arduo negotio tam fragili uti probationis remedio primo igitur dicimus quod imperator dicitur dominus mundi usurpatiuè aut permissiuè in odium populorum peccantium quemadmodum dicit scriptura ysa. xlv. hec dicit dominus xpo meo ciro cuius apprehendi dexteram ut subiiciam ante faciem eius vniuersas gentes & coram eo dorsa regum conuertam non autem est dominus dispositiuè volutarie & approbatiuè nec appropriatiuè siue auctoritatiuè quod probatur plane per ea que paulo ante diximus.

¶ Secundo dicendum est quod leges predictæ quibus imperatores de se ipsis loquentes dicunt obtinere iurisdictionem vniuersalem in orbe non valent nec obligant nec illis credendum est & si aliqui populi eisdem legibus credere & eas recipere volunt debent esse illi qui primo imperatorem imperium & iurisdictionem transtulerunt ut populus Ro. de quo in l. ii. §. nouissime. ff. de origi. iur. hoc est quod dicit stepha. quem sequitur Zamba. & alii doctores in cle. Romani de iure iura. quia si imperator excedit alios principes in temporalibus intelligendum est in hiis que sunt de imperio secus de aliis ut in dicta. cle. Romani.

¶ Tertio non potest imperator vel aliquis principes appropriare sibi per leges a se factas iurisdictionem & dominium super alia regna & nationes. Nam dominium & iurisdictionem non habentur sine titulo nec sufficit attestatio principis aut magistratus dicentis suam esse iurisdictionem. Nemo. n. a se ipso incipit nec aliquis sibi ipsi dat titulum no. in l. i. C. de emancipa. lib. confirmat hec ratio quia nemo potest uti iurisdictione propria auctoritate. l. extat ff. quod me. ca. & l. nemo. 2. C. de iudeis ibi dum dicitur si quis summere sibi curam audiat velut aliena appetentes coherceantur sicut igitur imperator non potest minuere dignitatem & iura imperii sic sine titulo iusto & vero non potest suam iurisdictionem ampliare quia esset potius usurpare constat autem quod imperator non posset

posset per suas leges diminuere iura imperii quia qui non potest tollere non potest minuere nec econtra. ff. de pact. l. iuregentium §. videamus & no. per Bar. & docto. in prohemio. ff. de iur. & in. c. intellecto de iurciur.

¶ Quarto non potest imperator per rescriptum nec legem condendo transferre dominium aut iurisdictionem cum talis lex esset in lesionem multorum ad quos pertinet de iure naturali nam iurisdictiones dominia & obligationes non dantur a legibus iuris ciuilibus nec ab imperatoribus & ad litteram determinat Inno. in. c. que in ecclesiarum de consti. qui subdit quod lex vel annotatio siue attestatio vel pragmatica sanctio ab imperatore super hoc facta non valeret facit. l. totiens. §. penul. ff. de pollicitatio. non valent ergo leges ciuiles imperatoris que sibi annotant & subiiciunt dominia & iurisdictiones totius orbis que sunt de iure naturali.

¶ Quinto manifestum est quod imperator non potest leges condere que obuiant diuino iuri. x. di. non habet & c. certum : leges autem predictæ per quas imperator dicit & asserit se esse dominum orbis contrarie sunt iuri diuino quo habetur omnem principatum & verum & immediatum imperium totius orbis in spiritualibus & temporalibus residere in Ro. Pont. tanquam Vicario Ihesu. Christi de quo scriptum est primo parali. xxv. tuum est regnum tu es super omnes principes terre si ergo ipse ergo non alius quia iuxta philosophum quod per excellentiam dicitur vni soli conuenit Christo. n. & eius vicario data est omnis potestas & non alteri unde ysa. xlv. Ego sum dominus & non est alter. & iterum alibi subiicit dei sunt iusticie. i. iurisdictionis orbis suum imperium & confundent omnes qui repugnant ei de quo inferius dicitur. in. xiii. solutione confirmatur ratio predicta quia imperator non potest per leges suas tollere aut minuere priuilegia & iura Ro. Pon. xcvi. di. cum ad verum & c. in scriptis & c. duo sunt. tolleret itaque imperator priuilegia & iura Ro. ecclesie & sedentis in ea si posset statuere quod omnes nationes forent sub iurisdictione Imperatoris presertim quod leges imperatoris subiiciunt legibus ecclesiasticis. x. di. Imperator & c. certum & c. leges: quod contrarium disponunt ut in. c. in memoria



xx. di. & c. p. principale & c. cuncta p. mūdū. ix. q. iii. & hodie expeditū est in extrauaganti. vnā sanctā. q̄ habet nō bene sentire in fide cōtrariū afferentē & no. i. c. penultimo & finali de secūdis nuptiis.

**S**exto non parum ridiculum est dicere q̄ credat legibus factis ab imperatore appropriante sibi iurisdictionem & dominiū in vniuerso orbe & sic iurisdictionē suam fundet per leges ab eo cōditas. Nam vt aiunt docto. multo minus creditur mortue voci q̄ viue. certū est .n. leges imperatoris esse voces mortuas in autē. de consul. §. si. constat autem q̄ ipsimet imperatori qui est. l. viua hoc dicenti non credimus multis rationibus; primo quia in facto pprio nemo est idoneus iudex & testis. ff. de testi. l. nullus vnde Iustinianus imperator ait generaliter in re propria iniquū admodum est alicui ius sibi dicere in. l. vna. C. ne q̄s in sua causa. adde quia nō creditur dicto Imperatoris etiam si aliud dicat sentētiādo cum de contrario constat no. docto. in cle. pastoralis de re. iudi. Preterea plurimum facit. l. & quia. ff. de iur. om. iud. vbi dicitur q̄ lex non defert iurisdictionem sed confirmat mādatum ex quo patet q̄ iurisdictionē nō debet incipere ab ipsomet imperatore legē condente. Sed aliquo titulo precedēte. Item quia sibi dominium orbis ostentanti recte posset obiici illud Euangelii cum de te ipso testimonium peribes testimonium tuum nō est verum. hinc apostolus dicebat nemo sibi assumat honorem sed qui vocatus fuerit. & in ecclesiastico laudet te alienum & non os tuum extraneus & nō labia tua. vnde Christus cui data est omnis potestas in celo & in terra dicebat ego gloriā meam non quero & iterū si me ipsum glorifico gloria mea nichil est. Imperator ergo si per leges suas se ipsum facit orbis dominum & gloriatur omnes nationes sibi esse subiectas nichil agit quia se ipsum glorificat & ostentat.

**D**e intellectu. l. deprecatio. q̄ v̄r dicere. Imperatorē eē dñm orbis. **R**estat nunc respōdere ad quālibet legē particulariter. & primo ad. l. deprecatio. ff. ad. l. Rodiam de Ia. in qua est gladius imperialis & precipuum testimonium intentionis sue ex qua solutione aperte resultabit ad alias leges & auctoritates similes primo. n. premissa sunt verba eiusdē legis q̄ sunt Hec. deprecatio endemonis

*Ser et similes ratios que hic po  
nunt sunt alio modo sicut q̄ impo  
nunt sine q̄ p̄prie in his m  
q̄lo nullus dignosim? etc.*

*in intellectu. l. deprecatio*

nicomedis ad imperatorē Antoninū domine Imperator naufragium patientes in Italia dirupti sumus a publicanis & cycladem insulam habitantibus: Antoninus dixit endemoni ego quidem dominus mundi rex autem maris iudicatur nautica lege rodioꝝ in quibus nulla lex nostra ad versatur. Hec sunt verba formalia predictę legis: notandū est ergo q̄ illa verba ego mūdī dominus. Non sunt dicta a predicto imperatore principaliter & legem condendo super dominio & vniuersali iurisdictione totius orbis sed solum incidenter respondendo illi endemoni querelanti q̄ post naufragium quod passus erat in mari Italie diruptus etiam fuerat a publicanis cycladis Insule Italie cui respondet q̄ lex maris. i. consuetudo nautica seruetur in locis in quibus leges sue nō aduersantur & nichil statuit de dominio & subiectione vniuersi orbis indignum. n. videtur q̄ verba illius Imperatoris incidenter prolata respondendo ad casum particularem & propter aliud nō principaliter propter se vigorem & auctoritatem legis perpetue obtineat presertim in materia tam ardua de qua non agebatur.

**S**ecundo si verba predictę legis attenduntur ex illis sequitur cōtrarium eius ad qd̄ allegatur de vniuersali iurisdictione ad orbem nam presupponit illa. l. q̄ aliqua erant loca in quibus leges sue non obseruabantur.

**T**ertio extenore dictę legis manifeste apparet q̄ verba illa generalia videlicet ego mundi dominus accessoria sunt & respiciunt specialia loca precedētia. s. in insulam rodii & cycladis quare ad illa loca sunt referenda & restringēda & in illis solum intelligēda nam regula iuris est q̄ verba generalia accessoria ad speciem precedentem principaliter positā ad illā debet restringi vt est pulcher tex. in. l. prediis. ff. de lega. iii. & in. l. cum pater. §. dulcissimis de lega. ii. ex quo cōcluditur q̄ dicta verba restringēda sunt ad iurisdictionem & subiectionē in illis locis precedētibus & nominatis in dicta. l. & non ad vniuersalem iurisdictionem totius orbis.

**Q**uarto magis ex fundamēto & radice respōdendo ad dictā. l. dicimus q̄ attentis predictis nudis ac generalibus sed & magne inētate verbis nedū verecundū sed pace illoꝝ qui cōtrariū asserunt



puerile aut certe insanum est asserere & fundamentum sumere q̄  
 imperator ex dictis verbis sit dominus totius orbis & sibi subiecta  
 tur omnes reges & nationes per ea que dicta sunt. Accedit q̄ impe  
 rator Antoninus qui hoc incidēter dixit fuit infidelis qui vt dictū  
 est tyrānice & vsurpatiuē inuasit multas puincias & in dicta viur  
 patione successit predecessoribus suis. quare indecēs & inhonclū  
 est q̄ tam superbissimum & arrogantissimum verbum a predicto  
 infideli imperatore & persecutore fidei catholice cuidā suo presidi  
 dictum sit tante auctoritatis vt totus mundus illis verbis plusquā  
 veritati fidei catholice & sacris canonibus spiritu sancto dictatis  
 debeat credere & assentire: taliter vt illa sola verba probent impe  
 ratorem esse dominū mundi. Itaq; potest vnusquisq; considerare  
 si in tanta materia in qua agitur de subiectione totius orbis predi  
 cta arrogantissima & extreme iactantie verba a se ipso & p se pro  
 lata sufficiant ad probandū dominium & vniuersalē iurisdictionē  
 nem in toto orbe: cum secundū veritatem fidei catholice iactantia  
 est peccatum mortale illa presertim qua aliquis talia dicit & p̄fert  
 de se ipso q̄ sit contra gloriam dei & vicariū sui in terris: secundū  
 Tho. 2. 2. q. xcvi. Cōstat autem q̄ iactare se esse dominum totius  
 orbis est contra gloriam & honorem dei cuius solius est omnis  
 potestas secundum Iob. coram eo curuantur omnes qui portant  
 orbem vt supra deductum est. Ex Euangelio. n. habemus explora  
 tissimum exemplum quantum ingrata sit deo illa arrogantia &  
 iactantia qua quis oīa regna terre sibi subiecta esse contendit: vt de  
 Princeps ille tenebrarū inimicus humani generis superbe & plusq̄  
 arroganter se iactauit esse dominum orbis. Nam teste Matheo  
 Euangelista ostēdit Christo omnia regna mundi & gloriam eorū  
 & dixit ei hec omnia dabo tibi etcetera quare p̄pter huiusmodi  
 iactantiam & quia auferbat Christo gloriam & honorem: mer  
 ruit audire vade retro Sathana non temptabis dominum deum  
 tuum satis certe deum temptat deum qui iurisdictionem & domi  
 nium orbis cuius Christus est verus dominus vsurpare contendit  
 vnde Imperatores non debēt credere adulatoribus qui tales p̄che  
 minentias eis attribuunt per quas offendūt deum dum vniuersale

q̄ iactare imperatoris deesse  
 dūz solius orbis sit q̄  
 gloria dei et honoris eius.  
 Et confideat q̄ si deo talis  
 audire q̄ imperatoris, et con  
 cludit q̄ ipse qui in iure  
 con dūmte. Proculius dūm  
 ut p̄stetale. Cony. vt laty  
 q̄ p̄stetale in Monarchia

dominiū orbis ei ac eius in terris vicario reseruatū sibi ipsis attri  
 buūt. de quibus pulchre ait Aug. quia multa de diuinis honori  
 bus subtracta sunt q̄ deferunt hominibus vel subiectione mortis  
 fera vel adulatione pestifera & Rursus prefati imperatores eosdē  
 assentatores abiiciant & caueant ne de eis verificet qd̄ scriptura  
 sacra de moab ait superbia & arrogantia eius & indignatio eius  
 plusq̄ fortitudo eius ysa. xvi. vii. vnde propter similitē iactantiā &  
 arrogantiā Nabuchdonosor Rex & monarcha maximus qui  
 dicebat: dominabor vniuerse terre cecidit a folio eius & gloria  
 eius ablata est Daniel. v. sic & Baltasar filius eius qui in eadem  
 arrogātia successit & aduersus dominatorē celi & terre eleuatus  
 est fuit interfectus & regna illius aliis collata Daniel. eodē. v. c.  
 Preterea q̄ arrogātia & falsa sint verba predictę legis ex eo pater  
 qa nule nationes nō erāt illius imperatoris Antonini nec alioꝝ  
 qui predictas leges constituerunt nec successorū & antecessorum  
 suorum. Nam imperator fatetur q̄ erant multi qui non erant sui  
 subditi quorū aliqui erant hostes aliqui confederati & amici qui  
 non erant sub imperio vt in. l. postliminiū & l. non dubito. ff.  
 de capti. & postliminium.  
 Rursus non concipimus nec videre possumus quare potius  
 credamus arrogantissimis ac insolentissimis verbis huiusmodi  
 q̄ aliis verbis dictis in sacra scriptura de quibusdam monarchis  
 non minoribus q̄ sit imperator germanorū ait. n. scriptura sacra  
 q̄ Alexander macedo tante potentie & magnitudinis fuit q̄ de  
 illo diuina scriptura dicit q̄ filuit omnis terra corā eo. Tamen  
 non credimus per dicta verba q̄ dictus Alexander habuerit ne  
 dum iure sed nec factō omnes prouincias mundi cum solum  
 habuerit orientem vt habet in lib. i. Machabeorū & supra dedu  
 ximus. Deniq; quare etiā non credimus verbis alterius monar  
 che. i. ciri principis persarū de quo scribit. i. parali. vlt. & iud. i.  
 q̄ dicit. ecce oīa regna terre dedit michi dominus. Tamē eadē  
 scriptura sacra testante non credimus ei nec fuit verū sed solum  
 de aliquibus puinciis oriētis quas diuina permissione & in odiū  
 populi Israel. vsurpauit vt supra deduximus. Item quare potius

mag. q̄ p̄p̄tū sibi siue de  
 p̄p̄tū sibi p̄p̄tū sibi p̄p̄tū  
 q̄ dicit

Reges arrogantes p̄p̄tū a deo



istis elatissimis verbis stare debemus quibus verbis omnino similibus  
 platis ab alio monarcha. s. Nabuchodonosor de quo scriptum est  
 quia dixit: mentem & cogitationem suam in eo firmari ut omnem  
 terram sibi subiugaret: iudi. ii. Quibus tamen verbis eadem scriptura  
 sacra testante non credimus nec fuit verum sed eadem ratione &  
 permissione optinuit aliquas regiones solum in oriente. Ex hiis  
 igitur omnibus & singulis supradictis apertissime colligitur dictam  
 l. deprecatio & ceteras leges. Iura & auctoritates Imperatorum dicere  
 tium imperatorem esse dominum mundi non esse tollerandas  
 ferendas nec audiendas nec in tanta materia habere auctoritatem  
 ad probandum quod Imperator habeat vniuersalem iurisdictionem  
 & dominium totius orbis. similimodo respondemus ad l. bene  
 azenone. C. de quadrie. prescrip. que quia a catholico principe  
 Iustiniano condita aut compilata creditur modestius loquitur  
 licet. Idem Iustinianus sic dictum fuisse asserat azenone. dicit. n.  
 quod omnia principis esse intelliguntur quod tamen non est absurdum  
 dicere: quia intelligitur omnia esse principis in suo principatu  
 videlicet quoad protectionem prout ibi exponit glo. habet etiam  
 verum iurisdictionem exercendo puta confiscando & multando  
 in imperio prout no. ibi docto.

responsio ad Gratianum.

**R**ursus dictum gratiani in. s. hoc si quis. xi. q. i. quo Cauetur  
 quod sub imperatore sunt omnes nationes: etiam non obstat propter  
 ea que diximus maxime quia hoc intelligendum est usurpatiuè  
 aut permissiuè. Demum predicta verba probant oppositum vide-  
 licet imperatorem non preesse omnibus nationibus. Nam dicit  
 Carolus magnus: Volumus quod omnes nostre ditioni subiecti Ro.  
 Franci. etcetera. Cum ergo aliquos nominat specialiter fateri videtur  
 alios ei non fore subiectos: presertim quia dicimus quod verba illa  
 non sunt alicuius canonis aut sacri doctoris sed gratiani qui nar-  
 rat ita dicta esse a Carolo imperatore.

**C**eterum. si per reuerentiam sedis apostolice aqua immediate imperium depen-  
 det & propter honorem imperialis dignitatis & singulare deuotionem  
 quam aliqui gloriosi imperatores ad ecclesiam dei habuerint imperiali  
 dignitati more gerere & predictas leges & verba illarum saluare &

tueri & sensum verum reducere volumus possumus easdem leges &  
 verba predicta intelligere & exponere modis infrascriptis.

**P**rimo itaque exponenda & intelligenda sunt verba predicta que ha-  
 bent imperatorem esse dominum mundi in quibus glo. & docto. exponunt  
 & declarant in l. bene azenone. C. de quadrie. prescrip. supraallega-  
 ta: que in eodem casu dicit omnia esse imperatoris: videlicet quoad pro-  
 tectionem & defensionem aliquam. n. dicitur aliquis dominus ratione tuitionis &  
 defensionis. ff. de fur. l. interdum & l. qui furem. sic. n. procuratores  
 qui tuentur causas vocantur domini earum. c. ii. de donati. sic etiam pastores  
 & bubulci vocantur domini animalium que custodiunt que tamen sunt  
 quoad proprietatem alterius domini. sic no. accusus in l. i. ff. de abie-  
 geis. Cum. n. imperator sit aduocatus ecclesie & in eius ministerium  
 & obsequium singularis preceptor & defensor ut. x. di. quonia quidam  
 & l. xiii. di. tibi domino & l. xvi. di. ecce & c. victor. Ideo vice & no-  
 mine Ro. Pon. aquo immediate habet iurisdictionem recte potest dici  
 dominus mundi. i. preceptor loco eius qui est verus dominus mundi in  
 spiritualibus & temporalibus quia solus ipse est & secundum non  
 habet ut inferius dicemus.

**S**ecundo exponenda & intelligenda sunt predicta verba quod impe-  
 rator sit dominus mundi. i. in mundo ut sit sensus quod sit dominus alicuius  
 partis mundi: & per consequens potest dici dominus mundi non genitiue  
 Sed nominatiue: non effectiue sed appellatiue: nec in machina mundi  
 tota sed in quota. & hinc est quod aliquo quod habet minimam partem dicitur  
 dominus presertim quoniam illa pars est apta producere effectum persone. ff. de ver-  
 sig. l. filiarum. s. portionis ibi vicissimam aut tertiam partem & l. i. C. de  
 iure emphi. no. glo. in cle. i. de fo. cope. Item plerumque quod tangit partem  
 tangit totum. ff. de fur. l. vulgaris: & quod vult partem vult toto presertim in  
 iurisdictionalibus & habentibus causam discontinuam. ff. de serui. rust. pd.  
 l. hic autem: & maxime in parte predicamentali & similitudinaria. ff. de  
 vsur. l. ii. s. recte. tolerabiliter ergo imperator dici potest dominus mundi  
 quod dominus est alicuius partis mundi. Vel exponenda sunt predicta verba ut  
 imperatori subsint omnes nationes vbi imperio & sue ditioni subiecte  
 Vel ideo presertim omnibus nationibus quia presertim in aliqua parte Italie que propter pre-  
 eminentiam dicitur domina mundi quia in ea petrus & Paul. martirio



coronati sunt in ea principaliter & preheminenter est sedes apostolica. Item quia imperator vocatur rex Ro. & Roma, est caput mundi. ideo hoc sensu dici potest dominus mundi.

**T**ertio possunt intelligi & exponi dicta verba quod imperator sit dominus mundi: quantum ad preheminentiam & prerogatiuam sicut Episcopus dicitur dominus ecclesiarum sue diocesis quantum ad preheminentiam. Item decanus & prepositus dicitur dominus capituli quia est principalis in capitulo & habet prerogatiuam & preheminentiam in illo. unde pulchre dicit lex quod hoc verbum dominus non semper denotat verum dominium aut proprietatem sed quadam preheminentiam in. l. pronuntiatio. §. pater. ff. de verbo. sig. ibi paterfamilias dominum in domo habet pro reuerentia etcetera. idem in. l. ticia. §. cum testator. ff. de le. i.

**Q**uarto possunt exponi dicta verba quod imperator sit dominus mundi. qui aliquo fuit dominus mundi etiam si de facto ut. l. in ciuile. C. de furt. & aliquando pro sola possessione & detentatione facti quis dicitur dominus. no. C. de proba. l. siue possidetis tex. in. l. interdum. ff. de ver. sig. & l. quotiens. ff. de rei. ven. & melius. ff. de dam. infect. l. si finita. §. Iulianus ideo dicit. l. quod hoc verbum. suum. ambiguum est quia aliquo de toto aliquando de parte significat. ff. de verb. sig. l. pupillus. §. finali.

**R**ursus quod predicta verba possunt predicto modo intelligi & exponi probatur multipliciter de iure diuino & auctoritatibus sacre scripture que precise ad casum loqui videntur. Plerumque. n. in sacra scriptura aliquis vocatur dominus mundi yperbolice vbi res aliquo auget & excedit ex causa: ut scriptura ait. Saul & Ionathas aqulis velociores leonibus fortiores. ii. regum. i. sic in proposito: Imperator yperbolice dicitur dominus mundi propter sui magnificentiam & excellentiam non quod sit verus dominus orbis quibus tropis. & yperbolicis verbis plerumque sacra scriptura vult secundum Aug. x. de ciuitate dei ad excitandam legentium tarditatem qui littere superficie contenti nichil putant interius requirendum. De hac igitur yperbolica locutione ad litteram pro casu nostro dicitur. i. para. ultimo. hec dicit Cyrus rex persarum omnia regna terre dedit mihi dominus celi que verba exponuntur. i. multa regna quia orientalia regna solum fuerunt ei subiecta ita dicunt sancti

via ista  
adual. nisi.  
69.

¶ Adde quod illa verba directo non sunt para ad demonst. frada imperato re fore dñs totu orbis sed ad dem. fradu locu quo ino reddebat quod pater ex verbis sequentibus ibi lex aut maris lege rodio = iudicatio quali dicit non legibus terrenis vbi dñs sum fed maritimo hoc e rodio iudicari debet.

docto. quos sequitur Nicholaus de lira. Ita dicendum est de Imperatore qui appellari potest dominus mundi non subiectiue nec realiter sed reuerentialiter propter eius preheminentiam honorum & dignitatis Imperialis que vna est in orbe propter quam causam reges in honoribus & sedibus ei deferre solent: non tamen dici potest dominus quo ad proprietatem & vniuersalem iurisdictionem: exemplum palpabile potest congrue adduci. Nam vnus Magister in Theologia propter preheminentiam sue scientie qua contemplatur secreta diuinitatis in honoribus & prerogatiuis preceedit medicum vel aruistam & ceteris illius dominus & superior ratione illius dignitatis & prerogatiue non tamen ratione iurisdictionis coactiue: aut alicuius superioritatis non voluntarie & sic est de imperatore qui superior dici potest predicto respectu. Item eodem sensu non est mentitus propheta Daniel qui propter similem magnificentiam & reuerentiam dicebat regi Nabuchodonosor: tu es rex regum & deus celi regna & imperium dedit tibi & omnia in quibus habitant filii hominum & sub ditione tua sunt vniuersa Daniel. ii. Ecce quod appellat eum dominum orbis & regem omnium regum & quod vniuersa sunt sub sua iurisdictione constat tamen quod predicta verba a propheta dicta sunt ad exprimendam predictam eius magnificentiam. Item dicit quod est super omnes reges & regna quia plures prouincias optinebat que aliquis alius rex orientis & secundum glo. & expositores cum dixit quod erat rex regum etcetera intelligit quia multos reges vicerat & erat potentior quolibet alio: & cum dixit sub ditione tua sunt vniuersa: non intellexit quod omnis terra habitabilis fuit ei subiecta: sed magna pars orientis que est amplior pars vniuersi orbis. Itaque appellatur quis dominus vniuersi orbis per figuram predictam yperbolicam expressiuam & excessiuam excellentie & magnitudinis ratione minoris. Item appellatur dominus vniuersi sumendo partem pro toto per figuram synecdoche. Nam vltra predictas auctoritates & exempla sepe alibi in sacra scriptura aliquis dictus est dominus mundi quia aliquam partem in eo tenebat potiore aliis regibus ut de Daniele diximus. Item ut supra deduximus de Alexandro coram quo omnis terra siluit & de Ciro ac de alio Nabuch.



donosor de quo dicitur quod omnem terram suo subiugauit imperio quia intelligitur & verificatur de parte quia solum orientem habuit nec illam totam. Itaque exponenda sunt dicta verba omnia regna, id est aliqua: sic etiam exponitur illud Mathei. iiii. ostendit illi omnia regna mundi id est aliqua non enim omnia regna terre illi ostendit sed per dictam figuram synecdochicam partem assumpsit pro toto idem habetur primo Machabe. viii. ibi voluit dominari vniuersae terre. Nam exponitur pro orientali plaga. sepe enim generalitas in diuinis scripturis restringitur ad particularia propter diuersa misteria ac etiam ad eruendam veritatem & vitandam absurditatem pro ut pulchre narrat ysidorus in li. de summo bono. c. xx. ait. n. quod sacra scriptura sepe transit de genere ad speciem & genus pro parte sumit & quod aliquando toti orbi dicit aut conminatur certe ciuitati vel genti dictum & conminatum intelligit nam cum diceret per prophetam & disperdam omnem terram & visitabo super orbem mala etcetera que sequuntur ad intentionem mundi pertinentia post pauca predictam generalitatem ad specialitatem reducitur intelligens de ciuitate Babilonie narrans mala que eidem contingerent dicens: Ecce ego suscitabo super eos medos nam regnante Baltasar a medis obtenta est Babilonia sic etiam intelligendo de sola egipto totum vult secundum verba mundum intelligere dicendo & currere faciant egiptios aduersus egiptios & omne regnum aduersus regnum: cum tamen egiptus non nisi vnum paruum regnum existat hec ysidorus etiam in aliis locis sacre scripture generalitas verificatur in particularibus hinc dicebat sapiens: cuncta subiacent vanitati & tamen multi non subiiciuntur vanitati. Item illud gen. cuncti faciunt dolum & iterum non est qui faciat bonum & per ysay. Cuncti reges preuertunt iudicium cum tamen aliqui fuerint & sint iusti: Sed & secundum iuristas generalitas non includit absurda & illicita sed reducitur ad specialia. ff. de condi. indebi. l. si procurator & ad municipales. l. Paulus de iureiu. c. i. li. vi. & eisdem modis exponuntur & intelliguntur verba legis generaliter. C. de episcopis & cle. ibi non solum in veteri Roma sed in omni terra vbi cumque Christianorum nomen colitur & in. l. raptores co. ti. ibi. per diuersas nostri orbis regiones ex pre-

dictis igitur putamus satisfactum legibus & iuribus dicentibus imperatorem esse dominum mundi & sibi subiectas esse omnes nationes ex quibus etiam patet quo sensu predicta positio potest verificari.

¶ De intellectu. c. in apibus. vbi videtur accipi imperatorem esse in orbe.

¶ Undecimo non obstat. c. in apibus immo potius facit pro intentione nostra. Nam velluti omnium apum non est vnus princeps nec omnium gruum est vnus imperator sed cuiuslibet aluearii est vnus princeps. Ita cuiuslibet prouincie est vnus rex quod expresse dicit Iheronimus in eadem epistola ad rusticum monachum ex qua sumptum est illud. c. vbi dicitur vnus in vna prouincia iudex. vbi gl. hug. exponit. id est vnus rex in qualibet prouincia est quod expedientius est vt latius tangemus in. xiii. solu. Preterea non dicit Iheronimus quod vnus Imperator debet principari in toto orbe sed quod solum sit vnus Imperator & exemplificat sicut vnus iudex vel rex in vno regno itaque sit vnus in orbe non dominus orbis quod vltra alia repugnaret vero & immediato & principalissimo imperio & vniuersali iurisdictione quam sumus Pontifex Christi Vicarius habet in spiritualibus & temporalibus in vniuerso orbe vt tangemus in sequenti solutione. presertim quia aliquando fuerunt duo Imperatores. ff. de pact. l. imperatores & est notissimum in cronicis.

¶ Quo confirmatio imperatorum. ac examinatio. & coronatio. tribuat aliquam iurisdictionem in orbe.

¶ Duodecimo non obstat quod imperium videtur habere fundamentum & robur ab ecclesia Romana que eum confirmat. Nam dicimus quod hec non probat quod imperator habeat verum titulum ad orbem quia non habetur in aliquo iure quod papa confirmet Imperatorem sed solum examinat & coronat dato tamen quod confirmaret non sequitur obtentum non enim per confirmationem tribuitur nisi ius si quod habeat de confir. vti vel inuti per totum. Nec papa confirmando preiudicaret vniuersali & supremo principatui ad se Christi vice pertinenti quod a se abdicare non potest vt supra tetigimus & statim subiiciemus in sequenti responsione constat. n. secundum Inno. in. c. quod super his de voto circa medium quod post mortem Christi papa eius vicarius optinuit virtualiter imperium Ro. vnde

intellectus ad eum in apibus.  
vt in vniuerso quod omnia sunt vni  
rex. vt. no. si sequenti. n. 2. 1. 1.

confirmatio imperatorum  
eius coronatio quod tribuitur.







**¶**Secundo dicta conclusio roborat testimoniis & auctoritatibus sacre scripture & sanctorum doctorum multipliciter: & primo ea que superius tacta sunt predictam conclusionem probant. Secundo aliis specialibus diuini iuris testimoniis luculenter roboratur. legimus n. in sacra scriptura quattuor principatus siue monarchias in orbe erectas esse: quarum ministerio & seruitio deus aliquo vsus est vt ait magister in historia scholastica & tradunt Sancti docto. vnde orofius in oromista: diuina inquam atque inefabili ordinatione constitutum est vt per quattuor mundi cardines quattuor regnorum Principatus distincti essent vt assyriorum siue: Babilonicum ab oriente: a meridie Cartagineum: a septentrione Macedonicum: ab occidente Romanum de quibus principatibus in Daniel. diffusius agit certe inquit orofius inefabili ordinatione. Ex quo patet quod diuersos principatus diuina prudentia per diuersas mundi plagas potius ordinauerit quam vniam monarchiam in temporalibus in vniuerso orbe. Preterea habet in sacra scriptura quod sapiens in ecclesiastico plurimum extollit laudat & commendat diuinam prudentiam que iuste & recte distribuit principatus per singulas prouincias in orbe inquit. n. vnaquamque gentem preposuit princeps & rectores: Sed pars dei Israel. facta est manifesta ecclesiastes. xvii. ex qua auctoritate patet ad eum esse ordinatum & stabilitum vt quelibet prouincia suum habeat principem. Hoc idem Lucidius roborat quinimo apertissime ostendit quod deus potius approbavit parua & humilia regna quam superba & potentia aut Imperium vniuersi orbis vt. n. habet Ezechie. xxix. videns deus potentiam regni egypti ex qua eleuabat in superbiam & in eius potentia populus Israel. confusus insolentior fiebat volens eadem diuina prudentia utique prouincie tribuere quod eis imo ad bonum vniuersi expediebat inquit per prophetam post. xl. annos collocabo egyptios dispersos in terra natiuitatis sue & erit ibi regnum humile vt non eleuetur super nationes & ne imperet gentibus. Ex qua pulchra auctoritate plurima notanda eliciunt. Primo quod consecutiva & annexa est magnis regibus & regnis supbia & oppressio aliarum prouinciarum: Secundo quod propterea deo gratius est regnum paruum & humile quam potentissimum imperium in toto orbe ex quo etiam tertium sequitur

*in oromista Regna in oromista...  
 hoc quod dicitur in oromista...  
 sed dicitur in oromista...  
 est quod dicitur in oromista...  
 in oromista...  
 in oromista...  
 in oromista...*

videlicet quod magis expedit esse parua & mediocria regna quam imperium potentissimum: quia illud est magis expediens quam Gratius est deo. Quarto etiam inferat in gratum deo & in expediens quod vnus in terra tanta dominetur quod imperet super nationes & gentes. Nam dicit causam ne imperet gentibus & eleuetur super nationes.

**¶**Et hoc iterum idem propheta confirmat alibi inquit fortes terre tollet vt sit regnum humile Eze. xiii. & Rursus alius propheta aperte demonstrat ait. n. constituit dominus humiliare omnem montem excelsum & conuales replere inequalitatem vt ambulet Israel. confidentur in honorem dei abba. v. excelsum quidem montem vocat principatum potentem quem constituit reducere ad equalitatem vt melius seruiant deo.

**¶**Demum. Predicta roborantur politicis & moralibus fundamentis: nam philosophus in. v. politicorum dicit quod quanto paucioribus quis dominatur tanto naturabilior: & durabilior principatus est quia quanto pauciorum est dominus tanto minus despotice. i. minus absolute aut minus tyrannice dominatur sicut supra diximus. Sed moderatius & cum maiori dilectione ad ciues & subditos ei magis notos principabitur eritque regimen foelicius quia minus ei vicini & subditi inuidebunt tamquam magis noti & magis amici vt supradiximus: vnde narrat ibi philosophus quod Theopompus rex molotozum arguebatur ab vxore: quod paruius & minus regnum reliquisset filiis quam a progenitoribus acceperat: qui respondit quod quamuis non tradidisset eis regnum equale: secundum potentiam & appetitum vsurpatium dominandi tamen relinquebat eis regnum melius iustius & durabilius. Preterea hec videtur in expresso esse sententia Aug. iii. de Ciuitate dei. ait. n. quod melior est ciuitas aut respu. parua in pace quam magna cum guerra & assignat causam cum exemplo dicit. n. quod Rom. imperium ex assiduis continuoque succedentibus bellis tam longe lateque diffusum est quod potuit tam gradum gloria diffamari Idonea illorum causa erat vt magnam foret imperium quam ratione merito debuit esse inquietum & insanum. Nam in corporibus hominum satius est modicam staturam cum sanitate habere quam ad molem aliquam giganteam perpetuis afflictionibus puenire. Nec cum pueneris

*Theopo rex.*



requiescere. Sed quanto grauioribus membris tanto maioribus agitur malis. Rursus expressius ista positio determinat ex sententia eiusdem Aug. in Quarto de Ciuitate dei: ubi ait q̄ fœliciores essent res humane si forent in orbe oīa regna parua. Cuius triplex ratio. prima quia regna non augentur nisi cum dāno & spoliatio-  
 ne vicinorum. Secunda non augentur nisi propter iniquitatē eorū cū quibus bella gerunt: qđ non esset augmētū: si quies & iusticia inter finitimos esset & vnusquisq; intra suos terminos resideret & cessaret omnis inuidia & iniuria. Tertia quia secundū eum maior est fœlicitas vicinum habere bonum: & concordem q̄ vicinum malum subiugare. Adde q̄ per alia verba id ipsum. Idem Aug. deducit in. viii. de Ciuitate dei: nam veluti corpora grandia & la-  
 ciora premitia ponderositate se se deprimunt: & plerūq; vel franguntur vel diuiduntur sic magna regna & potentissima se sua ma-  
 gnitudine frangunt. vt fecit principatus Ro. Ex quibus videtur concludi q̄ maior est fœlicitas orbis & magis expediens videt q̄ sint parua regna quæta & iusta: q̄ magna que vix augeri possunt sine tumultu & iniuria & vsurpatione aliorū. Que rationes magis militat in vno temporaliter solum principate in toto orbe: nam si regna magna & potentissima, Ideo minus sunt conuenientia quæ insolentiora sunt. nec augentur sine iniuria nec conseruantur sine oppressione: vt est dictū. longe magis hec militat in vno tempo-  
 raliter tantum principate quia insolentius agit neminem timens. Ceterum nō obstat q̄ philosophus in politi. videtur tenere repu-  
 melius regi per vnum q̄ per plures quia dicimus q̄ philosophus in tertio politicorū: multas Rationes allegat quare potius expedit remp. per plures regi q̄ per vnum. Postea in eodem. iiii. alias ratio-  
 nes pro parte contraria allegat nec eas soluit: immo si bene inspi-  
 ciatur concludere videtur q̄ cum iustum sit vt illorum quorū est eadē vel similis & equalis virtus: eorum sit eadem dignitas. tunc hoc stante si aliquis similibus & equalibus in eadem virtute domi-  
 naret non esset eadē dignitas. Presertim quia plures plura possunt videre: & rectius iudicant. Quare subdit Aristotelis q̄ similibus & equalibus in virtute non est iustum nec expediens quod vnus

Aug. expedit. q̄ reman. mo-  
 nent. q̄ in vna q̄ q̄ bim  
 dia. ex de his Aristotelis  
 vi. Alqd. s. q̄. q̄. q̄. q̄.

dominetur. Sed solum eo casu debet principari vnus quando eius virtus excedit virtutem aliorum. quia secundum eum iustum est & naturale vt qui excedit fm virtutē sit dominus aliorū. Vnde Aug. v. de Ciuitate dei: qui virtute predicti sunt si habent scientiam regendi populos: nihil est fœlicius rebus humanis q̄ si tales habeant potestatem. Itaq; habet verum illorum positio in vno optimo vel in toto vno genere quicquid sit: attemptis verbis & intentione philosophi dato illo casu qui rarissimus erit in quo predicto modo expediat vnum principari. dicendum est illud habere locum in principatu vnus ciuitatis vel prouincie: & in eo casu loquitur philosophus. non autem intelligit de principatu mundi & totius orbis. Nec dicit q̄ eo casu sit expedientius q̄ vtiliusq; toti orbi vniuersaliter principetur vnus: q̄ vnaquaq; prouincia aut regnum habeat vnum regem. Immo concludere videtur idem philosophus: q̄ quando plures principantes etiam in vno regno habentur loco vnus: ille principatus est vtilior. Ex quo patet q̄ philosophus non habuit principaliter respectum ad vnum vel. Sed solum vt dilectio & vnitas conseruetur: & secundum vtilitatem cōmunem quis principetur. vnitas autem ciuium: ac dilectio ac rectitudo principatus: magis viget in vno rege ad vnum Regnum: qđ magis cognouit & expertus est: q̄ in vno imperatore ad omnes orbis prouincias incognitas & inuisas: quia secundum philosophum. vnusquisq; magis diligit & colit agrum cognitum q̄ inuisum: Quæ etiam magis audiunt & se-  
 quantur pastorem notum q̄ incognitum: & econtra. Vnde Arist. quarto ethicorum: regis inq̄ ad subditos videtur esse amicitia: quemadmodum pastor ouium: & subdit quod homerus agamenonem regem recte pastorem dixit: constat ergo vbi est maior dilectio ibi maior vnitas. Ideo amici vnum dicuntur: quia vnice se diligunt. secundum philosophum in. vii. ethicorū. Accedit quia secundum eundem philosophum in quarto politicorum. vnusquisq; melius sortitur circa vnum q̄ circa plura. Ex quo patet q̄ vnus rex melius & naturalius reget vnā Ciuitatē aut vnā prouinciam: q̄ vnus omnes prouincias orbis: quia

br. o. 7. f. 47. pag. 1. n. 1. 1. 1.

Aug. q̄ in vno

Homerus Agamenonem regem  
 vocat pastorem ouium



secundum eundem philosophum in.iii.politicorum non est facile vnum prospicere multa. Preterea non reperitur Aristotelem nec aliquem philosophorum: qui de repu. aut de policiis scripserunt approbasse aut dixisse expediens fore ad bonum regimen vniuersi: q̄ vnus solus secularis presideat in orbe: Et ipse Aristoteles in libris politicorum vbi omnes orbis policias reducit ad sex. non ponit vnā monarchiam in vniuerso orbe super alios Principatus: immo videtur contrariū concludere. vnde in. xii. methaphisicis arguendo de regimine vnius domus ad regimen vniuersi: dicit q̄ ita se habet domus bene recta: sicut se habet vniuersus orbis. Sed in vniuerso est vnus solus supreme principans. Qui est deus: & sic non ponit alium summum principem pure secularem. In toto orbe: nisi deum qui est sublimior omnium: & mensura aliorum. Si. n. hoc fuisset dectus: licitum & expediens. ad bonum vniuersi orbis: vtiq; de ea re fecisset mentionem. immo eam dampnare videtur in. vii. politicorum. Ibi reprehendit opinionē illorū qui dicebant: optimam esse policiam qua quis omnibus principatur qualitercunq; vt latius statim dicemus. in. 5. deniq; in principio. Qd̄ autem non fuerit intentio philosophi approbare principatum vnius imperatoris in toto orbe: Nec illum approbatione & iusticia preferre. principatibus singulorum regnorum ab optimis vel ex vno genere prouenientibus: immo contrarium dicat. Ex eo probatur. quia cum ipse Aristoteles loqueretur de transmutatione policiarum: & diceret quia parua regna melius & iustius reguntur & conseruantur: subdit rationem dicens: quoniam principes valde potentes transgrediuntur donec vtiq; moueāt orbem totum. i. totam illam policiam: vt ibi politici expenunt. Qd̄ si predicta verba intelligūtur vt sonant: aperte probatur propositū. videlicet q̄ si vnus princeps esset ita potens q̄ alios excederet potentia aut superioritate moueret & conturbaret totum orbem. Ex quibus lucidissime concluditur q̄ nedum nō expedit ad bonum regimen vniuersitatis mundialis: q̄ vnus princeps secularis sit superior in vniuerso orbe: sed quod talis principatus non est approbatus.

*in hoc desipit hic auctor q̄ p̄  
to in Ceteris, v̄. m. p̄  
lax vni totius orbis ad hoc  
si mi hnding. ita t̄. vt in  
dijis lous dicit, genatus aucto  
rims ad consiliū, adhibeat  
ratio q̄ nulla con. bcha me  
lli famulatus dū vnus  
omz potret, refer. v̄  
l. t. x. de primaps officio  
fo. 2. / 83. Et ad q̄ illa vni  
tas con. in diuinitatis ordo  
truffrom or in mltima  
li sequetur. tm ex his q̄  
hic aucto ponit, et. l. 5. m  
Cura q̄ 5. quz q̄ op̄at  
ret ab illo vno. q̄ p̄tinet  
rectas omz q̄ vni n̄. et  
illi v̄. r̄. con. reguli  
et tyroni expeditus, impo  
rura vero est m̄. b. h. b. h.  
et m̄. d. p̄. n̄. d. s. t̄. n̄. d. s.  
ignozet, nec est imperator  
is p̄. n̄. d. s. t̄. n̄. d. s. t̄. n̄. d. s.  
d̄. n̄. d. s. t̄. n̄. d. s. t̄. n̄. d. s.  
apuz ege n̄. d. s. t̄. n̄. d. s. t̄. n̄. d. s.  
hano aluazim egredis, et  
diegredis, hano n̄. d. s. t̄. n̄. d. s.  
alvazim m̄. d. s. t̄. n̄. d. s. t̄. n̄. d. s.  
ait, v̄. d̄. n̄. d. s. t̄. n̄. d. s. t̄. n̄. d. s.  
d̄. n̄. d. s. t̄. n̄. d. s. t̄. n̄. d. s. t̄. n̄. d. s.  
v̄. d̄. n̄. d. s. t̄. n̄. d. s. t̄. n̄. d. s. t̄. n̄. d. s.  
v̄. d̄. n̄. d. s. t̄. n̄. d. s. t̄. n̄. d. s. t̄. n̄. d. s.*

Sed vt cuncta probationis genera adducamus. dicimus q̄ hec <sup>in. 3. p̄. 2. p̄. 2.</sup>suprema & vniuersalis iurisdictione vnus principis secularis in vniuerso orbe: nulla lege naturali diuina nec humana approbatur: expediens ad bonū vniuersi vt supra sepe tetigimus: nō. n. iure naturali primeuo quoniam illo nec sunt regna nec imperiū vt supra deductum est. immo erant omnia cōmunia. l. i. ff. de iust. & iur. Nec etiam iure gentium quoniam illo iure ea que in nullius bonis sunt: occupanti conceduntur. l. q̄. n. de acqui. re. do. Et hoc iure per preoccupationem sunt distincta dominia & regna: nō solum condita sed se parata. Et sic isto iure non probatur predicta suprema iurisdictione vnus secularis in toto orbe. Et longe minus probatur iure ciuili vt late deduximus in probatione quarte conclusionis: vbi adducta sunt omnia genera iuris humani. Nec obstant aliquę leges imperiales que contrarium dicere videntur & eisdem imperatoribus vniuersalem iurisdictionem supremam conterunt. quoniam eisdem iuribus supra responsum est in. x. obiectione.

Qd̄ non est expediens vnum principari seculariter tantum in orbe ex fundamentis naturalibus & moralibus siue politicis.

Deniq; vt huius articuli veritas lucidius appareat per alia apertissima fundamenta breui deducemus: nedū lege diuina: & omni iure positiuo. Sed etiam ratione naturali morali & politica: non esse expediens q̄ vnus princeps aut monarcha secularis in toto orbe dominetur & obtineat supremam iurisdictionem. Et primo sic: quoniam illud est expediens bono regimini vniuersi orbis cuius contrarium est ordinatum adeo: Sed q̄ sic vnus solus monarcha secularis dominans & superior: est adeo prohibitum. imo contrarium est ordinatum: quia habetur in librum regum q̄ precepit deus populo Israel. q̄ haberent plures reges: quorū vnus nō esset subiectus nec subordinatus alteri: per cōsequens non expedit nec est licitū vnum seculare principē toti orbi principari. Secūdo illud regimen est magis expediens quod magis assimilatur statui Innocentie. constat aut q̄ magis assimilāt illi statui habere plures reges: q̄ vnum. Nam si parentes non peccassent: omnes fuissent



equales : & quilibet sibi foret rex . Tertio non expedit habere regimen vnus solius principis secularis in vniuerso orbe : quia non possunt ad vnum iugum duci : nec valent inuicem communicare : nec conuiuere . Nam in orbe sunt fideles & infideles : qui non possunt nec debent secundum apostolum simul conuiuere . Quarto non potest conuenire vniuersitati mortalium q̄ vnus secularis tantum sibi presideat : quia non potest sufficientem curam gerere omnium hominum . qd̄ patet p̄pter diuersos mores eorū . Nam vt inquit cicero in li. de offi. in vnaqua; repu. Nihil est copulatius q̄ morum similitudo . in quibus . n. idem sunt mores eedem sunt voluntates : atq; in hiis fit vt quis altero delectetur . & hoc est qd̄ philosophus ait in . v. politicorum . quia omnis diuersitas maxime circa ea que sunt ad finem est causa seditionis &urbationis in omni re . pu. Et hinc est q̄ dicit lex : quia ex diuersis nō fit vnica illatio tm̄ . l. actum . ff. de nego. gestis . Quinto principatus contra naturam non est expediens ad bonum vniuersi : sed q̄ vnus secularis principetur in toto orbe est cōtra naturam ergo . etcetera . Minor probatur : quoniam secundum philosophum in ii. economi. quando aliquis principatur contra naturam eorum quibus vult principari : aut regit eos alio modo vel alia lege q̄ apti nati sunt seruare . talis principatus est contra naturam simpliciter . planum est autem q̄ si de facto esset aliquis solus monarcha secularis : qui principaret in vniuerso orbe : in quo sunt diuersae leges & sectae diuersas policias desiderantes : & prout teneretur : vellet omnes gubernare secundum sectam suā aut alia policia vel diuerso modo q̄ illis in quibus conuersati & nutriti sunt : & q̄ apti nati sunt : tenere tale regimen indubitanter esset contra naturam . & per consequens minime expediens ad bonum vniuersi orbis . Et vt hoc clarius videatur . Presupponimus q̄ secundum doctrinam philoso. in . vii. politicorum : ad cognitionem alicuius rei oportet precognoscere ea ex quibus per se ratio illius sumitur . Nam per eam vnumquodq; cognoscitur . ad propositum igitur . optima & conueniens policia sumitur . ex optimo fine hominum : & sic optimum regimen consistit in optima vita & bona &

*ms. p̄ indigenis*

eligibili operatione hominis que est finis optimus hominis . Nam cum policia nichil aliud sit q̄ ordo regni aut Ciuitatis Et ratio ordinis summitur ex fine . Ideo sequitur q̄ ad consequendum optimam & conuenientem policiam : requiritur optima vita hominum : nam sic ait operatio optima artificis diuersificatur secundum diuersitatem materie ex qua operatur . sic optima & expediens policia attenditur & cognoscitur secundum diuersitatem vite & operationis hominum : ex quo aperte concluditur q̄ illud est expediens & optimum regimen in quo subditi magis sunt studiosi : & magis participant virtutes per optimas operationes : & illa magis toti orbi expedit que p̄ leges magis inuitat & inducit homines ad actus virtutis : quia vt dictum est : finis optimi regiminis est facere bonos & virtuosos subditos secundum eundem philosophum . Cum igitur multe gentes orbis propter diuersas sectas & leges suas non intendat ad actus virtuosos immo finis eorum tendat ad bestialem & voluptuosam vitam : vt statim singulas sectas discutiendo clarius videbimus . per cōsequens nō est possibile q̄ vnus princeps secularis quicqd̄ ille sic dominetur toti orbi per tot gentes & sectas diuisim tenentes diuersos fines : cum vt statim dicitur pene impossibile sit eos omnes ad vnum finem perducere . Sed & forte aliquis fatebitur q̄ optima policia consistit in optima vita aut optima operatione : sed tunc arguet quia ex hac positione sequitur q̄ optimum regimen sit principari omnibus qualitercumq; : vt fuit aliquorum opinio vt recitat philosophus in eodem . vii. politicorum quorum ratio erat . Nam Principans & dominans omnium . dominus est plurimarū optimarum operationum . & ideo optimum videtur : & expediens illimum dominari & presidere omnib; . si ergo est optimū ergo est Eligibile . & hanc opi. tenebant traces & illi de Persia quā opi. Aristo. In eodem . vii. politico; destruit & reprehendit cōcludens non esse nec dum optimū : sed nec expediens aut laudabile principari & dominari omnibus qualitercūq; . Et inter alia illa est ratio : quia actiones principantis non contingit esse optimas nisi idem principans tantum distet & differat ab eis quibus principatur

*policia nihil aliud est q̄ nō  
ordo Regni aut Ciuitatis . et  
ratio ordinis summitur ex  
fine . nō . nō . nō . nō . nō .  
q̄nti . et p̄ter hanc . nō . nō .  
nō .*

*id est p̄ q̄ diuersos mores . et  
vniuersi . nō . nō . nō . nō .  
exterior q̄ indigenis*



quantum differt virtute naturaliter acquisita vir a muliere: dominus a seruo: si igitur aliquis transgreditur temptans dominari omnibus de orbe cum sit valde admodum difficile aliquem reperiri. habens tantam differentiam virtutis & probitatis in toto orbe super omnes gentes non optime imperabit: nec recte principabitur: nec poterit tantum recte agere in futurum quantum transgreditur in principio temptans dominari omnibus qualitercumque: & subdit philosophus quod si multi tali virtute equales reperiuntur expedientius foret unum Principem principari in uno regno: & alium in alio: & finaliter dānat opinionem predictorum & aliorum videlicet. lacedemoniorum & cretensium sed & Romanorum quorum leges & finis eorum ad hoc ordinantur ut princeps unus pluribus vicinis principetur: & omnes ei subiiciantur qualitercumque.

*neq; qm dngens*

Ceterum causa collationis supradicta possunt probari & ostendi quasi demonstratiue in modum qui sequitur. manifestum est enim quod propter errores & hereses & diuersitates sectarum diuersarum gentium in toto orbe causantur diuersae policie & diuersa genera regiminum in mundo: Nam quaelibet secta habet finem suum: & ad illum ordinant modum policie sibi congruentem & pro tali policia pugnant usque ad sanguinem: & ut complectamur omnes principales sectas mundi. Sarraceni in huius vite delectationibus ponunt finem suum. Quare ex secta sua iniungunt se illecebris voluptatibus: qui uxores plurimas habere possunt. Tartari vero licet unum deum adorent nihilominus ignem venerantur: Et limē domus. unde omnia traducunt per ignem: ut purificentur: Nichilominus ardent libidine dominandi quod patet quia magnam partem orientis occuparunt: qui de nullis delitiis curantes potius inhumani videntur & lacte equino propotū abutentes Cibus crudos & in mundos sumunt: & princeps eorum despotice in eos principatur ad voluntatem suam. Pagani autem consuetudine viuendi pro ratione legum vtuntur: & hi delitiis: & diuitiis: & honore: & gloria huius presentis vite detinentur. putantes quod quantus & qualis fuerit in hac vita: talis & tantus erit in futuro seculo. unde in monte faciunt se comburi cum Auro & lapidibus preciosis

sperantes quod post mortem omnibus hiis gaudebunt & hii sacerdotium non habent: Sed quilibet pro sua voluntate deum habet quem vult & illi sacrificat. Idolatre autem hiis sunt similes qui cum bonis huius seculi credunt possidere futurum seculum: & ideo qualitercumque possunt querunt bona temporalia.

Iudei vero bona temporalia & eterna sperabant: sed litteraliter lege considerantes credunt bona alterius vite fore corporalia. Nos vero Christiani spiritualibus spiritualia comparamus secundum precepta diuina possumus temporalia habere propter humanam fragilitatem: ut exerceamus spiritualia quatenus tandem perueniamus ad eternam vitam: in qua corpus animale fiet spirituale & totus homo glorificabitur & viuet cum deo perpetuo. Et sic constat quod in toto orbe sunt hee quinque secte principales que ordinant fines suos ad diuersa secundum quinque humanos appetitus: videlicet. voluptates: diuicias: honorem: potestatem: famam: & gloriam: Et felicitatem alterius vite. Itaque quaelibet secta habet finem suum: & propterea secundum philosophum in .x. politicorum non possunt aliqui viuere secundum unam policiam aut regimen si oportet eos seruare leges congruentes alteri policie diuersum finem habenti: quia ille qui amat leges secte sue per consequens odit nolentes viuere secundum illam: & hoc est causa seditionis & corruptionis talis principatus siue policie. Cuius est alia potissima causa. Secundum eundem Aristotem. quia si aliqui viuunt. Secundum unam politicam si reguntur per principem: alteram legem vel sectam seruantem: conabitur princeps ceteros ad suam legem reducere & alii resistēt. Demum necesse est: ut sumus ille monarcha intēdat simul & semel diuersos fines & sic eadem policia cogetur. Intendere ad contrarios fines quod est impossibile: quo. n. pacto sarraceni aut Pagani poterunt viuere sub vno monarcha aut vno imperatore Christiano quia oportet Sarracenos seruare leges secte sue contrarie legibus catholicis & ut dictum est odiuere & persequuntur ex precepto secte sue non obseruantes: ex quibus sequitur quod nedum non expediens: Sed nec possibile sit ut vnus princeps secularis toti orbi dominetur: immo est contra naturam ut aperte deductum est:

*quinque secte in mundo  
Sunt quinque huiusmodi  
titus*

*et dngens*







& morum omnium hominum & prouinciarum orbis non est facile tantam diuersitatem gentium vni principi seculari obedire: presertim diuerse nationis conuersationis & secte. sufficit. n. q. Ro. Pon. vice Xpi principatur in vniuerso orbe in spiritualibus & temporalibus: & de illo loquuntur iura auctoritates & rationes supraallegate vt supra tetigimus in. xii. ratione. Et laicius deducemus in. s. sequenti. vbi principaliter illud deducimus & pbamus plurimis testimoniis. ¶ Ad tertium eodem modo respondetur: nam cum in vniuersa machina mundi deus sit supremus princeps & dñs: per consequens Ro. pontifex qui eius vices gerit solus obtinet in terra hmoi pncipiatus: & si alius vniuersaliter presideret essent duo vicarii & duo capita qd monstruosum & alienum a fide & naturali ratione existit: & ita satis assimilatur principatui diuino imo est idem: quia idem est dei & vicarii sui consistorium & eodem modo responderi posset ad alias rationes. Sed particularius ad quartam rationem respondemus: in qua dicitur de maiore potentia. Nam dicimus qd secundum sententiam philosophi in. iiii. & v. politi. triplex potentia reperitur in principatibus non tamen in oibus suis partibus expedit. & est valde conueniens principanti: prima est naturalis. i. robur & fortitudo corporum & talis non est totaliter expediens principati quia non auget perfectionem in eo: imo diminuit libertatem vt patet in seruo. Secunda est rationalis secundum scientiam & prudentiam & talis potentia est expediens & requiritur in principe quia prudentia est proprie virtus principantis quia est recta ratio agibilium. Tertia potentia est civilis: & hec duplex: quia alia & principalior. s. abundantia amicorum. alia est militaris: sed prima est valde expediens: immo magis necessaria qm militaris aut abundantia prouinciarum. potentia igitur vera que expedit principi: est prudentia & abundantia amicorum. militaris. n. & multorum subiectiua non est tam expediens: sed constat qd ille potentie. s. prudentie & amicorum facilius possunt reperiri in singulis regibus singularum prouinciarum per consequens ille potentie sufficiunt etiam si non nimis abundet In subiectione multarum prouinciarum. Confirmantur predicta quia vt supra tactum est veriores & per

de triplex potentia que requiritur  
in principe

consequens fortiores amicos habet vnus rex voluntarie & naturaliter regnans in vno regno: qm vnus monarcha secularis qui principatur toti orbi. & per consequens erit necesse vt multis inuictis principibus: presertim in prouinciis quas occupauit. ex quibus omnibus luce clarius demonstratur non esse expediens ad bonum & felix regimen totius vniuersi orbis: qd vnus princeps secularis quicumque sit supreme & vniuersaliter principetur in vniuerso orbe: & conactiuam iurisdictionem optineat super omnes reges & principes ac nationes mundi. Nec illud aliquo iure aut fundamento probari potest. ¶ An reges & regna Hispaniarum & Francie subiiciantur imperatori & an recognoscant eundem imperatorem vel alium preter Ro. Pont. in superiorem. ¶ Quarto decimo. quia nonnulli qui partes Imperialis dignitatis tuentur: particularius conantur asserere: reges & regna Hispanorum. Sed & Francie subiici Imperio & per consequens vt aiunt secundum diuini & humani iuris dispositionem predicti reges & eorum populi debent recognoscere imperatorem in suum legitimum superiorem in temporalibus. Idcirco licet per ea que supratacta sunt apertissime deductum probatumque sit. imperatores ipsos iuste & iuridice & licite non habere nec obtinere posse vniuersalem iurisdictionem aut principatum ad omnes nationes totius orbis: que admodum aliqui gariunt: per que perlucide excluditur omnis iurisdictionis & superioritas imperialis ad predictos reges Francie & Hispanie cum sint de principalibus nationibus orbis. Nihilominus quia naturaliter inest hominibus quidam impetus ad ea que magis sunt prohibita atq; vbi maior est gloria ibi ad eam maior est emulatio & iuxta nostrum Lucium Anneum Senecam. natura ipsa humanus animus contumax est & incontrarium atq; arduum: tanto magis nititur quanto magis quod prosequitur: perspicuum videtur. & iuxta Ihero. Inquietata mens prosequitur ardentius prohibita & illud dulcius suspicatur quod gustare difficile conspicitur: sic ipsi imperialis dignitatis fautores videntes inter alias orbis nationes Franciam & Hispaniam nobilitate: potentia: & ceteris donis & virtutibus que in humana felicitate consistunt non esse

Hispania et Francie Reges in  
recognoscant imperatorem  
verius de Ro. Pont. & alia  
ignem. ut dicitur in 57<sup>o</sup> tit.

Seneca in q. ubi inquit  
hominibus quidam impetus  
ad ea que magis sunt prohibita  
est. quod est arduum & arduum  
que in de bene qm dicitur  
Hispanus in bene facitibus et  
alibi in hunc agere aliquis



infimas: nec ignorantes peculiarius & specialius q̄ cetera nationes exemptionem & libertatem obtinere ab omni iugo & superioritate imperii eo ardentius in eis insurgunt: quia ut aiunt Leone per domito facile oues subduntur. Idcirco specialibus de eis ipsis regibus & regnis Francie & Hispanie agendum erit. Tenebimus ordines sequentem. quia primo adducemus argumēta & obiectiones illorum qui partibus imperialibus fauent. Secundo pro clariore veritate articuli faciemus aliqua presupposita quibus cōpletemur quattuor modos: quibus principatus rite & recte ordinatur: & cōstituitur. ostendentes q̄ omnis principatus vsurpatus & violentus est iniustus & reprobatus: sicuti fuit p̄cipatus ip̄eratoꝝ. p̄sertim erga regna & reges Hispanie & Francie. Tertio post predicta presupposita per breuem narrationem historicam ostendemus. imperatores vsurpatiuē & violenter & nullo iusto titulo Hispanias & Galias indebite occupasse id etiam suis legibus demonstrabimus. Quarto loco per plurima testimonia iuris naturalis & politici: nec non diuini & humani ostendemus luce clarius: reges predictos ac regna & prouincias illorum nullo modo subiici imperio tanq̄ nō recognoscentes aliquem temporalem in suam & regnorum predictorum superiorem in tēporalibus. In quinto loco singulariter ad singulas obiectiones solutiones aptabimus.

¶ Primo igit̄ ad probandum Hispanias subiectas fore imperio: adducunt testimonium sacre scripture primo Machabe. viii. vbi habetur q̄ iudas Machabeus audiuit nomen Romanorum: quia erant potentes viribus & quanta fecerūt in regione Hispanie & q̄ in potestate redegerūt metalla argēti & auri que illic sunt & possederunt oēm locum cōsilio suo & potentia sua: ex qua auctoritate arguunt: narrationem predictam in sacra scriptura repertam fore de iure diuino approbatā: quia scriptura sacra nō narrat nisi vera & approbata. concludunt ergo Hispaniam subiectam esse de iure diuino potentie Romanorum.

¶ Secundo obiiciunt quia in diuersis legibus & iuribus habetur Hispanias esse imperatorib⁹ subiectas specialiter. est tex. in. l. ii. §. capta. ff. de ori. iu. ibi. capta deinde Sardinia Itē Hispania deinde

Leone per domito facile oues subduntur.

in Machabeo in Hispania dicitur quod iudas Machabeus audiuit nomen Romanorum.

in l. ii. §. capta in l. ii. §. capta in l. ii. §. capta

Narbonē prouincia etcetera. Item obiiciūt de. l. relegatorum. §. interdicerē. ff. de interdētis & rel. vbi dicitur q̄ imperator rescripsit Mentio p̄sidi Hispanie: q̄ vnusquisq̄ possit interdici in ea prouincia in qua natus est. obiiciunt deniq̄ de verbis gratiani in. §. hoc si quis. x. q. i. ibi. Carolus in suis capitulis ait. Volumus atq̄ precipimus vt omnes nostre dictioni subiecti: tam Romani q̄ Frāci: Almani: Barbari: Saxones: Frisones: Galli: Burgundiones: Britones: Logombardi: Gascones: Beneuētani: Echi: Hispani: ceteri omnes subiecti nobis etcetera. Ex quibus iuribus & similibus concludunt Hispanias imperio fore subiectas.

¶ Tertio Franciam & Galliam etiam arguunt fore Romanis imperatoribus subiectam per iura supradicta: vbi fit mentio de prouincia Narbonē: de aliis vero prouinciis Francie specialiter de aquitania dicunt esse tex. C. de municipibus & ori. l. ii. nam cum Franciam fuit vicina Romanis dicunt esse verisimile q̄ fuerit de primis suo imperio subiecta. Hoc Idem probant quia Iustinianus vocat se imperatorem Almanicum francū. C. de nouo co. emendand. Item allegant. l. in nomine domini. C. de offi. p̄fecti. Aphrice: Ibi iubemus etiam vt constituatur qui possit ipsum traictum seruare semper & omnia quecunq̄ partibus Hispanie: vel Gallie seu Francorum cogūtur viro spectabili duci denunciare etcetera. Ex quibus concludunt Franciam esse subditam imperio. deinde allegant historias auctenticas Valerium maximum: Titum Liuium: sextum Ruffum: Orosium: qui omnes dicunt Cēsarem Gallias subdidisse imperio & tādē tributarias fecisse. Hiis igitur & similibus iuribus & auctoritatibus probare nonnulli nituntur: Hispanias & Gallias & illorum Reges imperatoribus iurisdictionaliter subiectas fore.

¶ Quibus modis omnis principatus recte constituitur & per quem.

¶ Accedamus ad secundam partem in qua iusta pollicitum ordinem: per aliqua presupposita cōpletemur modos: quibus iuste & recte omnis principatus constituitur. Primo. n. presupponimus

Ima contra in q̄b⁹ dicitur mentio q̄ galia erat subiecta romanis

Historia ad supradicta

quibus modis principatus constituitur recte ergo q̄



quod secundum dictamen rationis naturalis & monita atque precepta iuris diuini politici & positiui: nullus principatus censetur rectus & approbatus nisi fuerit ordinatus & institutus altero de quattuor modis. Primo ordinatione diuina. Secundo ecclesie collatione & prouisione: mediante diuina auctoritate. Tertio paterna & legitima successione. Quarto militum aut populi vnanimi & legitima electione. quicumque. n. alia via graditur & anelat ad quemcumque principatum: nisi altero ex supradictis modis indubitanter talis principatus censendus est vsurpatus tyranicus & reprobatus. Scriptum est. n. nemo sibi assumat honorem nisi qui vocatus fuerit vocatione in qua altera. videlicet ex supradictis. Hinc sapiens scribit eccle. v. noli ascendere ad dominium iniquum. & iterum qui potestatem iniuste sibi assumit odietur. eccle. xx. Primo. n. ordinantur & instituuntur reges diuina ordinatione & precepto vt de Dauid legimus primo regum. xvi. qui ait. ego autem constitutus sum rex ab eo psal. ii. Vnde & Moyses orauit deum vt prouideret hominem super multitudinem populi qui posset exire & intrare ante eos numeri. xxvii. & talis principatus legitimus est: quia secundum apostolum que adeo sunt ordinata sunt & nemo potest diuine ordinationi contradicere: quia iusta est eius ordinatio ad Roma. xiii. vnde Ihero. & habetur in. c. si ergo. viii. q. i. gubernatio populi tradatur ei quem deus elegerit. Secundo Principes assumuntur & instituuntur ab ecclesia hoc est a Vicario dei in terris auctoritate diuina. vnde & idem Moyses qui erat pro eo tempore summus sacerdos vocauit Iosue & imposuit manum super eum & dixit ei vt introduceret populum de vtero. xxxv. q. i. s. quid ergo. & Samuel tenens tippum sacerdotis iussu dei instituit & vnxit Dauid regem: vt habetur in libris regum. Tertio assumuntur principes iuste & instituuntur recte per paternam successionem sicut Salomon. iii. regum. ii. sedit inquit Salomon. super Thronum Dauid patris sui. sic. n. promisserat deus regi recte gubernanti. s. vt filius suus regnaret de Ieronomi. xvii. An autem sit magis licita assumptio principis per electionem aut successionem. & que sit magis expediens supra late deductum f. 23

nemo a sumat honorem nisi qui vocatus fuerit  
votum est inde rex vnanimi  
expro nō nō pōtēbā & eligē  
tū

reges à deo constituantur?  
v. s. p. 14 coll. 1.

confitea qd ipse Moysi nō erat  
distinguit gladiū spūs et vñ. q. i. s. quid ergo. & Samuel tenens tippum sacerdotis iussu dei instituit & vnxit Dauid regem: vt habetur in libris regum.

reges qd p suū suū hereditatem  
regem. et qd p vñ  
v. s. p. 23.

est & habetur in. c. licet de voto & c. Moyses. viii. q. i.  
¶ Quarto assumuntur principes antiqua consuetudine p vnanimē militum vel populi electionem cessantibus superioribus institutionibus: in qua electione attendenda est probitas persone: & utilitas communis: ac eligentium idoneitas: & Zelus. Nam nemo debet a se ipso eligi nec a se incidere. viii. q. i. in scriptis. & no. in dicto. c. non tamen talis electio extendit vires suas aut dat ampliore iurisdictionem ad alias prouincias vt diximus in secunda obiectione principali. vbi deduximus populum Ro. aut eligentes imperatorem non potuisse illum eligere principem suum premum aliis nationibus: maxime inuitis. de legitima vero electione principum ait dominus ad Moysen leuiti. viii. congrega omnem cetum in electione Aaron. sic etiam assumebantur olim boni imperatores: vt Vespasianus qui cum obsideret Iherosolimam & Rumor venisset de morte Neronis: tunc milites & exercitus vnanimiter eligerunt eundem Vespasianum qui resistebat illi minantes mortem si resisteret: tandem videns discrimen imminere cessit potius eligentibus: q̄ accepit voluntarius. pro vt ait Egisipus & Valerius libro. iiii. vbi narratur qd aliqui inuicti ab aratro accipiebantur ad imperium populi Ro. de qua electione principis habetur in dicto. c. Moyses. viii. q. i. Ex quibus sequitur qd qui non per aliquem ex modis supradictis: sed per potentiam & violentiam principatus & regna occupant & se ipsos instituunt: tales iniuste & tyranicè principantur nam proprie vsurpator & tyrannus est qui vsurpat: & vi dominium & principatum occupat. in. l. pena. C. de diuersis rescriptis: & ibi Bal. Inno. in. c. cum ex iniuncto de noui. operi. nunci. tales violentos vsurpatores signat pulchre Aug. iiii. de Ciui. dei postq̄ dixit officium principantis esse vim prohibere non facere: & dixerat qd remota Iusticia: quid sunt regna nisi magna latrocinia: subiicit qd si quorundam principantium ambitio: in tantum crescit vt loca teneant: sedes constituent: Ciuitates occupent populos subiugentur: nomen regis euidenter amittant.  
¶ Secundo p̄supponendū est id qd sepe diximus in precedentibus

reges & electio.

remota iusticia qd sunt regna  
nisi magna latrocinia.



videlicet: q̄ Romani per violentiā & bella subiugarunt nationes & non aliquo legitimo titulo: nam vt inquit vegetius, Romani ipsi singulare studium apposuerunt & sollicitam ac principalem operam dederūt in rebus bellicis vt possent sibi subiicere orbem: idq; ipsi imperatores in suis legibus asserunt vt supra in diuersis locis diximus: talis igitur principatus violentus & vsurpatus ex multiplici capite est reprobatus: vt supra in principio huius prime partis deduximus. Sed vltra ibi tacta ex causis infra scriptis aper- tissime constat esse Iniquum & iniustum. Primo illud monstra- bimus iure diuino & testimoniis sacre scripture. Secundo testi- moniis naturalibus. Tertio politicis & iuridicis. Primo igitur prin- cipatus vsurpatus & per violentiam occupatus est iniustus & re- probus: quia scriptum est leuici. xxvi. maledictus qui transfert terminos proximorum suorum. & Iterum ve qui transgredimini terminos quos posuerunt patres vestri. prouerbi. xxii. & Micheas propheta. ve qui cupiunt alienos agros: & violenter tulerunt do- mos alienas & rapiunt & calumpniantur virum & hereditatem eius: & sequitur. Ecce ego dominus cogito malum super fami- liam istam. Michee. ii. quantū ergo deo ingratis sint regnorum & prouinciarum inuasiones & vsurpationes: plena est sacra scriptu- ra testimoniis pariter & exemplis. vnde cum filii Israel. captiuos ducerent aliquos ex tribubus suis & occupassent terras eorum Iratus dominus contra eos per Obet prophetam. dixit illis: filii iuda & Iherusalem vultis vobis subiicere quod nequaquam factu opus est: peccastis sup hoc corā domino deo nostro. ii. paralipo. xxviii. hos deniq; inuasores & vsurpantes prouincias dampnat Iob. Nunquid nos estis soli homines super terram Iob. xii. & Ysayas ait. ve vobis qui coniungitis domum ad adomum agrū ad agrum vsq; ad terminos terre: Nunquid habitatis vos soli in medio terre ysay. v. sed in alio loco ysay. signare videtur in ter- minis Romanorū vsurpationes. ait. n. contriuit dominus baculos impiorum & virgam dominantium & cedentē populos ac subii- cientē in robore gētes. Naturalib⁹ vero testimoniis id ipsum pbat⁹ vnde Arist. in li. retho. dicit qđ naturaliter hoies iniustificāt nedū

principatus violentus  
multipliciter reprobatur  
qđ pbat⁹ ad hunc modum in  
senimio grauat⁹.

eos qui alienā cupiunt: sed eos qui sua amittere non verentur. Iniustiores tamen eos appellant qui multa iniusta exercuerunt & tādem subiicit: quia seuiissima iusticia est armis ea occupare: que insunt a natura. Constat autē iurisdictiones & dominia esse dona nature: que hominibus etiā infidelibus habere licet vt no. Cano- niste. in. c. licet & c. qđ super hiis de voto. & Io. de Lign. in preh. decre. & supra tactum est. Ex quibus constat qđ contra naturam fecerunt Romani occupare dominia & iurisdictiones que iure na- turali ad alios pertinebant: quid amplius ex eo solo conspicitur qđ dampnabilis & reprobata sit ambitio dominandi alienis genti- bus quoniam illa sola fecit Iheroboam ydolatrare: ne. n. populus redderet ad domum David & posset ipse occupare regnum fecit adorare vitulos. i. reg. xii. Demum veritas predicta probatur mo- ralibus ac politicis & iuridicis testimoniis. Primo quia talis prin- cipatus non est duratius. nam per potentiam velle sibi subiicere nationes nihil aliud est qđ velle dominari per violentiā. violentia autem secundum philosophum perpetuitatem nescit: quia cum sit contra naturam: diu durare non potest. xi. q. i. Christianis in fi- scdo talis principatus violentus est reprobatus p eo quia pōt alicui inesse sine virtute & probitate: imo plerūq; cum viciis & flagitiis: & inter alia non paruum flagitium est velle per violentiam domi- nari inuictis: secundum philosophum in politicis refferens Dioni- sium syracusanum: per violentiam & arma subegisse populos: quem philosophus appellat pessimum tyrānum. Tertio princi- patus tyrānus & violentus est reprobatus quia per talē quis princi- patur seruis non liberis. Nam cum sit principatus per coactio- nem & potentiam non est liberorum sed seruorum. Constat igitur qđ solum principari dignis est bonum & iustum: quia est principari cum virtute. & non. despotice. i. non seruiliter. secun- dum philosophum. viii. politicorum. Voluntaria. n. obsequia grata sunt deo. xv. q. i. non est. xxiii. q. vi. Iam vero. Quarto principatus potentia & armis vsurpatus: est iniustus & reproba- tus: quia inducit principaliter subditos non ad actus iusticie: Sed ad actus bellicos & ad exercitium armorum: eō fine vt per

Juris et dicitur dona sunt  
nature que et infidelibus  
by p̄tinent

violencia non potest esse perpetua



potentiam sibi possit subiicere nationes: vt fecerunt Romani non curantes de alia iusticia ac titulo. Cum igitur per talem principatum homines inducuntur non ad virtutem iusticie. Sed ad potentiam bellicam: & iusticia sit maius bonum q̄ potentia simpliciter vt inquit philosophus in. viii. polithicorum. xiiii. q. v. neq. xxiii. q. i. quid in bello. Ideo constat talem violentum principatum esse iniustum tanq̄ ordinantem homines non ad iusticiam sed ad rapinas & violentias .nam vt inquit Canon. Iniqua sunt: que rapinas nutriunt & aliena cupiunt. xxxvi. q. i. c. fi. xiiii. q. v. penale. Quinto talis principatus est reprobatus & iniquus quia videtur ponere suam fœlicitatem in potentia & violentia ad finem subiiciendi sibi nationes: qđ valde nocuum est ad bonam gubernationem vniuersi. debet. n. bonus princeps principaliter intendere ad pacem quia vt ait Aug. & habetur in. c. nolli. xxiii. q. i. bellum geritur vt pax queratur: non autem queritur pax ad bellandum. nam teste philosopho nemo bellat gratia belli. adde qđ talis princeps licet bene se habeat tempore belli nesciet tamen bene se habere tempore pacis: & raro illam procurabit . Nam vt plurimum studentes & vacantes exercitiis bellicis tempore pacis in quo opus est iusticia nesciunt bene viuere & propter hoc philosophus in eodem. viii. polit. vituperat lacedemones ponentes fœlicitatem in potentia & in armis. ait. n. turpe esse cum bellamus participare bonis: & cum vacamus & sumus in pace fieri viciosos. Ex quib⁹ apertissime concluditur principatum imperatorum presertim ad Hispanias & Gallias tanq̄ vsurpatiuum & violentũ esse iniustum & reprobatũ omni iure naturali politico diuino & humano. Qđ autem Romani & eorum imperatores predicta regna & nationes per violentiam & bella & nullo titulo legitimo occupauerint lucidissime supra deductum est. & presertim in hac prima parte in. §. elicimus & . §. sequenti. & melius in prima obiectione principali ac etiam in. x. obiectione. Verumtamen vt huiusmodi iniusta occupatio & vsurpatio aptius cognoscat: breui differendũ est quo tpe: quo ordine: qua causa imperatores occuparunt & inuaserunt Hispanias & Gallias idq̄ sub breuissimo cõpendio absoluemus.

no. q̄ in q̄ sunt que rapi-  
nas nutriunt. et aliena  
cupiunt.

bonus princeps principat  
ad pacem intendit.

q̄ tpe et ordine Romani  
occuparunt Hispanias et  
Gallias

¶ Quomodo vltra alia genera probationis per auctenticas historias probatur hispanias liberas ab omni iurisdictione imperiali.  
¶ Descendamus iam ad tertiam partem in qua polliciti sumus p̄ approbatissimas eorũdem imperatorũ istorias deducere eosdẽ imperatores nullo iusto titulo hispanias occupasse nisi solũ ambitione dominandi & cupiditate innanis glorie. refert. n. orosius in or̄ mista: que Sequit̄ sextus Ruffus & eutropi⁹ q̄ hispanis Romani primũ auxiliũ tulerunt aduersus Afros per scipiones. demũ rebellantes lusitanos per brutũ vicerunt & vsq̄ ad gades p̄ oceanũ puenerunt. Postea ad eosdẽ hispanos tumultuantes Silanus eos missus vicit. Celtiberi sepe rebellarũ. Sed misso iuniore scipione cũ excidio numantie subacti sunt. Rursus oēs pene Hispanie p̄ bellũ sertorianũ per metellũ & pompeiũ in deditionẽ Romanorũ accepte sunt ad extremũ quoq̄ ab Octauiano cesare Augusto Catabri: q̄ freti montibus resistebat deleti sunt: dum vero hec agerent multe cedes ducũ & gentiũ Romanorũ intra Hispaniã secute sunt. Pugnant. n. hispani p̄ libertate quã vita cariorem habent: adeo qđ nullus ex ducibus Ro. reperiebatur qui acceptare auderet se mitti aduersus eos: ibi. n. cecidit sergius galua cõsul ibi Scipio Africanus in finib⁹ galecie mortuus est vbi adhuc hodie eius existit honorabilis tumulus. Demũ cũ inter Romanos bellum illud intestinum & ciuile inualuisset videlicet inter Pompeiũ & Iuliũ Cesarẽ generũ suũ: Idẽ Iulius Cesar in hispania venit contra petreium & affranium filios publii Scipionis nepotis alterius Scipionis alterius Africanis: cum quibus apud leridam confligit: illosq̄ immensa fame afflictos in deditionem deduxit: mansit itaq̄ Hispania sic occupata & afflicta sub Cesare vsq̄ ad tempora honorii Imperatoris. Romani vero insolenter vt fieri solet se gerebant. raro. n. euenit vt peregrina & extranea potentia sic diu in dominatione p̄ maneat: qm̄ ad grauamina profiliat subditorum. vnde & Bonifatius Papa dicebat non modica dispendia Rome attulisse peregrina & ignota regimina. Hispani igitur proteruiam Romanorũ non ferentes captata tempore oportunitate per auxilia vandalorũ & Alanorũ: ac sueuorũ: magnam Hispanie partem recuperarunt.

percepit et ignota  
regina. nec. fanda. nota  
de electio. 2. 5. nota  
pro indigenis



Itaq; Hispaniā partim Romani partim Alani partim Sueui iuxta cuiuslibet potentiā tyrānice & violenter occuparūt donec inclita & nobilis Militie Gothorum gens non ignorans summi dei esse preceptum libera eū qui iniuriam & violentiam patitur eccle. iiii. predictos Alanos sueuos & demum ipsos Romanos vi & armis ab Hispanis expulit & de iugo eorum foeliciter liberauit vt recte de eisdem Romanis scriptura dicere videatur: cum habuerit qđ concupierit possidere nō poterit Iob. xx. Quorūquidē Gothorū reges postq; pene totum orbē peragrarunt habitatione & incolatu Hispani effecti in ea regnarūt & hodie foeliciter regnant non sub Gothorum sed Hispanorū titulis de cuius gottice gloriose gentis laudibus plurima dici possent & alibi dicimus: Sed hii sunt q vni uersam Asiam subiugarūt Armeniam Siriam Ciliciam Galaciā Prescidiam & Coliam expugnauerunt. Darius & filius eius atq; Xerxes ab Anciro rege Gothorū inferiores in prelio sunt inuenti: Hos vt aiunt Alexander vitandos docuit Pyrrus pertimuit Cesar exhorruit, at cum Pompeius pro arripiendo reipu. principatu cōtra Cesarem arma moueret Gotthi ceteris fortius dimicarunt in traciam Grecie irruerūt Italiam vastarunt, Romam ceperūt, cuius superbissima ac magnifica edificia perpetuo vulnerarunt: Veronā edificarunt nomen imponentes Veronam quasi ve Romam, galias sunt aggressi: Hispanias sunt adepti vbi sedem & incolatum transtulerunt & perpetuo locauerunt: fuerunt autem magnanimi & audaces ingenio faciles in proposito prouidi & constantes viri bus propolentes duri vulneris & manu prompta corpore validi & membris apti: qui autem manserunt in Italiam astrogoti appellati sunt: qui vero intra Hispaniā visogotthi dicti qui Gothicum titulum exuentes nomen & incolatum Hispanorū induerunt sicut & fura mundus Apanonia Vngarie prouincie exiens & intra Frāciā manens & reges Francorum qui ab eo pcesserunt non Vngarorum sed Francorum reges sunt appellati: Ex hac igit breui sed veridica narratione luculenter apparet Romanos consules & eorū imperatores nullo iusto titulo sed superbia & ambitione dominādi & auiditate glorie mundane Hispanias vi & armis afflixisse, & indebite

Cuz habuerit quod concupierit, possidere non poterit.

laus Gothorū. vi.

Viuu in prohe. aarufi. de Cui. dei, ab illis dei. Vnu in Hispania Ages. T. fo. 60. pag. 2.

Gothii Veronaz edifi-  
francorum, post captam  
Romam.

indebite atq; iniuste occupasse quod imperatores ipsi nedum scri-  
ptis sed legibus suis profitentur: & quod est intolerabilius de ea re  
gloriantur vt statim dicemus in sequenti capitulo: vt recte de tali  
gloriatione ppheta dicere videat. quid gloriaris in malicia. s. f.  
violētie & ambitiōis q potēs est iniquitate iniusticie & vsurpationis.  
¶ Deducitur per testimonia iuris naturalis diuini & humani Hi-  
spanias & Galias non subiici imperio.  
¶ Atingamus tandem quartam partem in qua polliciti sumus  
per testimonia iuris naturalis & diuini & humani: ostēdere regna  
Hispaniarum & Francie & eorum reges in nullo subiici imperato-  
ribus: nec eos recognoscere in tēporalibus in superiores: sed eos-  
dem reges liberos & exemptos fore ab omni iurisdictione & supe-  
rioritate imperiali. Incipiemus igitur a testimoniis iuris positiuū  
presertim ab illis que ab eisdē imperatoribus cōdita sunt vt velut  
Goliath propriis Gladiis in hac parte succumbant.  
¶ Primo repetimus illud quod pauloante diximus videlicet. q  
imperatores ipsi per leges & sanctiones suas: hanc assertam iurisdic-  
tionem & superioritatem ad Hispaniam & Franciam & ceteras  
nationes solum vsurpatione bellica: & nō aliis iustis & legitimis  
titulis deducunt nec aliter demonstrant: que nedum sunt debilia  
fundamenta in tanta materia vt supra in decima obiectione dixi:  
sed eosdem Imperatores incapaces ppria eorum confessione red-  
dunt ad huiusmodi superioritatem & vniuersalem iurisdictionē.  
quia scriptum est malignitas euertet sedes potentum: dicunt. n.  
prefati imperatores quinimmo per leges ase factas gloriantur: &  
quasi pro quodam iusto titulo sibi ascribunt: q armis & bellis im-  
perium muniuerunt vt. l. i. in principio. C. de iusti. Co. confir-  
ibi armis vim suam muniens quod certe multo melius verius &  
iustius dicere possent. Reges Hispaniarum qui sine imperatorum  
presidiis & auxiliis proprio sanguine & sudore ac multis periculis  
laboribus & expensis: regna & puincias ab hostibus & infidelibus  
occupata acquisierūt: absit. n. vt ex aliorum periculis & laboribus  
alii honoris emolumenta sentiant. Nam qui minus periculi habet  
minus honoris meret. ff. de iu. & iu. l. cū qui. C. de non numeras

Hispanias et Galias no  
subiici imperio, probat  
Iura nati diuini et  
humano.

laus Hispan. regū qm  
a fauibus in m. arz  
regna exuerunt.



pecu. autē. contra qui propriam. ff. de noxa. l. si duobus. §. finali  
 de peni. di. iiii. si apostolus: & satis indignum & indecēs est vt leo  
 quantūcūq; potens eripiat honorem/ & curam gregis: quē pastor  
 a lupis & inimicis defendit. Presertim ipso leone vidente & auxili  
 um non ferente. si. n. ensis est ebes: nunquid nō se cultellus defen  
 det. ar. ii. q. v. mandastis. Quare dignum est: vt qui vitam per li  
 bertatem obtulerunt sua libertate fruantur. Nam vt ait canon. mer  
 ces honoris & fœlicitatis non debetur nisi illis qui pro fœlicitate  
 certarunt: in. c. magnum de consecra. di. v. & iustum est vt illi cō  
 sequantur dignitatis compendium qui periculi & laboris impen  
 derunt obsequium. i. q. ii. Sacerdos. xii. q. ii. caritatem. Scriptum  
 est. n. per sapientem: non des alienis honorē tuum: Idcirco non  
 immerito reges hispaniarum liberi sunt: nec in aliquo subiiciuntē  
 imperio: tanq̄ non recognoscentes in temporalibus superiorem.  
 vt no. glo. vicenci: & docto. in. c. & si necesse de dona. inter vi. &  
 vxorem & idem Vincen. & Io. de Imola. in. c. super Specula. de  
 priuil. vbi no. q̄ reges Hispaniarum habēt libertatem ab antiquo  
 ne subiiciantur imperio. Immo de pari contendunt cum Imper  
 rio: Nam in Hispania multi federunt imperatores secūdam Bar.  
 & habēt Annalia & historie approbatissime que in factis antiquis  
 plene probāt secundum eundem Bar. in. l. eum qui. ff. si cer. pe. &  
 l. semper de iure immunitatis. Et hinc est q̄ in legibus Hispanie  
 cauetur. quicūq; legem imperialem recepit capite puniatur. vt est  
 verissimum & habetur in dictis iuribus: & no. Paulus in dicta cle.  
 presenti. de censu. vnde. Hosti. dicit q̄ pauca prouincie vtuntur le  
 gibus Imperialibus: non Francia: nec Hispania: nec Anglia: nec  
 Vngria: & plurime alie.  
 ¶ Secundo dicimus q̄ etiam inspecto ipso iure humano ab ipsis  
 imperatoribus condito/ aperte demonstrat imperatores ipsos nō  
 probare intentum suum circa iurisdictionem & superioritatem in  
 orbe: & presertim in Hispanis: quo fiet vt suis codicibus eos con  
 uincamus. xlv. d. sincera. pro cuius veritatis deductione presup  
 ponimus: plures esse spēs iuris humani. Aliud est. n. ius naturale  
 primeuū: aliud ius geuū: & aliud ius ciuile: & aliud ius canonicū:

Si ensis est ebes nō se cultellus  
 defendet

Col. in. r. adu.  
 dno 63. hispan.  
 v. s. fo. 58.  
 in peni.

vt habetur. ff. de iusti. & iure. l. i. §. penultimo & c. ius ciuile. iiii.  
 di. De iure vero naturali primeuo: nec sunt regna: nec imperium  
 consistit. n. illud ius circa ea que cunctis animantibus sunt com  
 munia: vt est maris & fœmine coniunctio: & liberorum crea  
 tio. ff. de iusti. & iure. l. i. De secūdo. vero iure gentium quod pro  
 pter naturalem equitatem naturale dicitur. insti. de re. di. §. qd̄  
 n. dominia sunt distincta. Item hoc iure: regna sunt condita  
 ff. de iusti. & iur. l. ex hoc iure. Itaq; ex hoc iure reges fundant  
 titulos & iurisdictiones suas: Imperatores vero solum sunt de  
 iure ciuili: quia per populum Ro. vt diximus in principio huius  
 libri in presuppositis: per consequens constat imperatores ex iure  
 isto non fundare intentum suum: nec habere posse aliquam iuris  
 dictionem & longe minus aliquam superioritatem. De iure vero  
 ciuili est considerandum: q̄ proprie dicitur ius ciuile: ius cuiusli  
 bet ciuitatis. ff. de acqui. re. do. l. i. Verumtamen ius ciuile pro  
 prie dicimus ius Ro. per excellentiam insti. de iure naturali. §.  
 sed quotiens. Itaq; si ius cuiuslibet ciuitatis aut prouincie consi  
 deremus: de illo nemo dubitat quin multe prouincie & pluri  
 me ciuitates & aliqui reges fecerunt leges q̄ non subsint imper  
 atoribus. Et in eisdem Hispaniis sunt leges q̄ quicunq; allega  
 ret. l. imperialem: & vt talem simpliciter recepit: capite punia  
 tur. Nisi per modum statim declarandum.  
 ¶ Nec obstat id quo plurimum se fundant qui imperatoris supe  
 rioritatem defendunt. aiunt. n. reges Hispaniarum ac etiam Fran  
 cie recipiunt leges imperatoris: & illis viuunt & vtuntur in iudiciis  
 & extra: & illas legi & publicari in scholis precipiūt. per quod vi  
 dentur fateri se subiectos imperio quia cōdere leges est actus iuris  
 dictionis actiue: & illis vti est iurisdictionis passiue: vt. xc. iiii. di.  
 obedientiam. no. de re. iud. cum inter. Cum ergo imperator exer  
 ceat in dictis nationibus actum iurisdictionalem: obseruādo leges  
 imperiales: qui est virtus legis: per consequens videtur habere su  
 perioritatem & iurisdictionem in dictis regnis. Nam qui vnam  
 partem iurisdictionis retinet & exercet: totam retinere videtur. ar.  
 l. si prius. in principio. cum ibi notatis. ff. de aqua plu. arcen. Et

Regna q̄ iure fundata  
 et quo imperium. v. s.  
 fo. 13. / 2. pag. ar. fo. 14  
 pag. 2. m. fo. 3. ar.  
 et v. s. fo. 59. in prin. bli  
 q̄ l. n. et in v. s. fo. 1. ma  
 q̄ notat in e. ar.

v. s. fo. 21. ar. 29.

Il. imperator q̄ p̄ l. s.  
 allegari in Hispania  
 et exercetur reus in His  
 pania aut Gallia sub eisdem  
 imperio



hanc rationem videntur inferre docto. presertim Bar. in. l. hostes ff. de capti. quem sequuntur alii moderni. Ad quod dicemus q̄ receptio legum imperialium & illarum obseruantia presertim in Francia & Hispania non inducit nec probat aliquā iurisdictionē nec facit presumptionem alicuius superioritatis: alias. n. sequeret̄ absurdissimū: videlicet q̄ Romani & alique alie nationes essent subiecti grecis: a quibus constat eosdem Romanos nedum recepisse: sed petiisse leges. vt fatetur imperator & habet tex. legis imperialis in. l. ii. ff. de orig. iu. ibi placuit decem viros constitui per quos peterentur leges a grecis. habetur etiam. vii. di. c. ii. Preterea dato q̄ predictę leges imperiales in Hispaniis & galiis recipiatur: & cause secundum eas decidunt: illud contigit ex precepto & cōfirmatione regum qui tales leges tanq̄ optima & naturali ratione conditas in suis regnis confirmant: & obseruari precipiunt. Sic. n. in simili omnino casu: dicunt sancti docto. de legibus & preceptis ceremonialibus & iudicialibus datis a Moyse populo Iudeorum: que cessare debuerunt per Christi aduentum: quia translato sacerdotio necesse est vt fieret legum translatio. Nichilominus aliquas leges mosaycas tanq̄ honestas & rationabiles ecclesia cōfirmavit & obseruari precipit. non tamen eas recipit vt traditas a Moyse: neq̄ vt leges de iure diuino: sed vt statutas & inductas ab ecclesia. Quemadmodum videmus in certis gradibus ad contrahendum prohibitis in. l. leuitici. quarum aliquas vt honestas ecclesia cōfirmavit & recepit: & eas seruamus ex statuto ecclesie: non tanq̄ a Moyse traditas nec eas reputamus ius diuinum indispensabile. vt no. Theologi. in. iiii. sententiarum. xl. di. & iuriste in. c. litteras de resti. spo. Et ita est de legibus imperialibus quas Hispani & Galici admittunt: nō vt imperiales: Sed eas confirmant vt bonas & mores hominum dirigentes. quo respectu etiam leges infidelium & gentilium recipiuntur ab ecclesia & incorporantur inter eius decreta & cause ecclesiastice per eas deciduntur: & tamen ecclesia non subiicit fidelibus & minus infidelibus imperatoribus. x. di. imperator. & c. leges. & c. intelleximus de no. ope. nū. Itaq̄ vt ait Hieronimus: bonas leges imperatoris & bona dicta gentilium tanq̄ ab

iniustis possessoribus vendicamus: & Aug. in libro de vnico baptismo gentiles: si quid bonum & rectum in suis doctrinis habent: non improbant sancti viri quatenus illas recipiamus. in. c. nōne. i. q. i. itaq̄ talia non tanq̄ sua sed vt nostra accipere debemus: secundū bedam & habetur in. c. turbatur. xxxvii. di. Deniq̄ dictę leges leguntur & recipiuntur non vt leges imperatorum sed vt leges regum Hispanie: qui illas tanq̄ optima ratione conditas: & velut a se stabilitas obseruari precipiunt. Itaq̄ predicti reges in quantum volunt ipsas leges inter subditos seruari mandant: addentes & diminuētes aut eas reiicientes: & pro temporis varietate eas alterantes: nouas constituunt aliis legibus ciuilibus penitus contrarias: & nos videmus aliquas leges Hispanie quas ordinamenta vocamus que prohibent vt dictū est: leges imperatorum in iudiciis allegare: nisi cum proprie leges Hispanie non sufficiunt. quo casu reges statuerunt: vt subditi legibus Romanis tanq̄ rationabilibus vti possint. Id etiam agunt pro exercitio scholastico: quia illarum subtilitas & naturalis ratio plurimum prodest ad declarationem & intellectum legum suarum. Cum ergo rex Hispanie sit summus & verus Imperator in regno suo recte cōcludere possumus q̄ de iure ciuili sic assumpto: reges Hispanie non recognoscunt in temporalibus imperatorem in superiorem. Si vero consideremus ius ciuile Romanorum: quod diuiditur in sex species. s. leges. plebiscita. senatus consulta. principum placita. magistratum edita: Hec omnia ab ipso imperatore receperunt auctoritatem. C. de legibus. l. si. ff. e. l. non ambigitur. Et de isto iure dicimus vt supra tetigimus. quia talibus legibus non debet credi: quorum repellerentur auctores: etiam si id viua voce id statuerent & dicerent. c. fraternitatis de hereti. Nec in facto proprio ei crederetur. in. l. nullus. C. de testibus. vt lacius diximus in. x. obiectione. De iure vero canonico non reperitur imperatorem habere superiorem in orbe. quia illa solus Papa Christi vicarius in terris obtinet in. c. omnes xxii. dist. & statim dicemus in fine huius partis. Ex quibus con-

*Imperator Hispanie est summus et verus imperator in regno. vbi dicitur Arago me et Portuga. sunt de gallo. qd p̄ se qm̄ p̄tinet sua est qm̄ vltima*  
 sp. 69.



cluditur. Imperatores nullo iure humano fundare intentionem suam circa iurisdictionem & superioritatem in vniuerso orbe. Presertim in Hispaniis & Galii.

*Hispania hinc ex experientia  
fidei in hac parte  
dicitur esse. ut supra.*

¶ Tertio acquisita per iusta bella pleno iure cedunt victoribus. Presertim si pro repu. tuenda & fide catholica amplianda pugnantur. in. c. quicūq. xxiii. q. v. & ibi. no. glo. & tex. in. l. si quid in bello & ibi Bar. & l. hostes. ff. de capti. i. di. ius naturale. Vnde lex dicit: q̄ ea que ab hostibus capiuntur iure gentium statim capientium fiunt. ff. de acqui. re. do. l. naturalem. §. si. Constat autem gloriosos reges Hispaniarum post illam infelicem cladem: qua Sarraceni omnes fere Hispanias & partem Galliarum occuparunt tam feruenter quam strenue pro fide catholica pugnassee: vt omnes fere Hispanias ad cultū veri dei & eorūdem regum principatum reducerint. Nam serenissimi reges castelle: octo potentissima regna & latissimas prouincias deo auxiliante fidei catholice adiecerunt: & dominio ac principatui suo addiderūt. que siquidem regna & prouincie tres Metropoles videlicet. Tolletanam: hispalen. & compostellanam. ac viginti quinque amplissimas dioceses constituunt. Reges vero inclitissimi Aragonie quam gloriose pro fide catholica decertarunt: & quā triumphantissimis victoriis & incrementis regnum & principatum suum ampliarunt: occulariter conspicimus. Nam vt ceteros omitamus: recens est illa ingens atq; gloriosa memoria Iacobi filii Regis petri qui sub era. milla. cc. l. ii. Nedum ciuitates. castra. oppida. terras. sed & magnas prouincias: per Arabes occupatas viriliter acquisiuit. Et inter cetera maxima nauigiorum classe congregata: Balleares Insulas sub ditione Mahometica de gentes forti animo est aggressus. Et Maioricam Ciuitatem nobilissimam & potentem impugnatione diuturna fatigatam. Deinde Minoricam: & residuum vtriusq; Insule fidei catholice lucro fecit: Et suo dominio subiugauit. Nec contentus hiis preclaris victoriis: Valentiam Ciuitatem nobilissimam atq; amoenissimam a perfidis Sarracenis occupatam: potenter obsedit. que

*de his de regibus Aragonie*

tandem longis bellis agitata: inuito Regi se vitam tradidit & subiectam. Quid autem de regibus Portugalie dicemus: ante oculos. n. habemus ceptam & alia castra que in solo terre Affrice a perfidis Mahometis: non modo potenter acquisiuit: Sed cōtra totius Affrice potentiam gloriose & magnifice tuetur. Recte ergo hos inuictissimos principes non subiici imperio iura naturalia diuina & humana voluerunt. Et presertim quia a faucibus hostium regna eripuerunt. vt singulariter no. glo. in. c. Adrianus lxiii. di. & no. Bal. in. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. & habetur in dictis iuribus.

*Reges Portugalie*

¶ Quarto vt supra dictum est imperatores vi & armis Gallias & Hispanias inuaserunt. Ideo in legibus imperialibus id ipsum fatentur: & vtuntur verbo accepimus. ff. de ori. iuris. l. ii. §. capta deinde. Et in pluribus aliis iuribus & auctoritatibus supra in hac parte deductis. Tandiu igitur harum prouinciarum dominium & iurisdictionem habuerunt: q̄ diu detentarunt: nam de iure & legibus ab eisdem imperatoribus stabilitis constat: quia quicquid ceperimus: eo vsq; nostrum intelligitur esse: donec nostra custodia teneatur. si autem in naturalem libertatem deuenierit nostrum esse desinit. ff. de acqui. re. do. l. quod. n. in fi. & l. adeo in principio eodem titulo. ibi sibi liberi homines euaserunt hostium potestatem pristinam recipiunt libertatem. Dominia n. & iurisdictiones a possessione ceperunt. vt predicta. l. i. Nam & hodie vbicunq; iurisdictiones vacant: vt in regnis occupatis per infideles & hostes apud quos non est vera dignitas nec vera iurisdictione, occupanti & eos vincenti conceduntur: vt exemplificat Bal. in Hispania in dicta. l. i. de emancipa. libe. Recte igitur Hispani & Franci potuerunt se in pristinam libertatem reponere cum primum potuerunt.

¶ Quinto Romani Imperatores scientes & videtes Hispaniā & Franciā a diuersis gētibus & hostib⁹ inuadi & occupari. nec defendentes vel auxilia p̄betes. visi sunt easde prouincias p̄ derelictis h̄re. Non. n. ius p̄sumit quē velle pati iura sua ab aliis inuadi & occupa







manu forti: regna dicte puincie afflicta & ab hostibus & infidelib<sup>9</sup> occupata non recuperarunt: aut pro viribus non liberarunt: aut saltem liberare temptarunt. Viderunt, n. easdem Hispanias a Suedis: ab hunnis: a vandalis: ab astrogothis: demū a gothis: & aduersis gentibus & nouissime ab hostibus fidei. s. Sarracenis sepe affligi inuadi & occupari: quibus vt dictum est: auxilia protectionis: & defensionis presidia minime prestiterunt: nec auxiliari curarunt. Merito igitur ipso facto dominium iurisdictionem & superioritatem: si quam habuerunt: iuste & recte perdidit. Est, n. exploratissimum secundum iuris diuini & humani dispositum: quia si princeps non tuetur: nec protegit subditos: nec dominium defendit perdit ius & dominium quod habet super eos. xxii. q. v. de forma. ibi dominus quoq; subditis vicem reddere debet alias censetur malefidus. vbi eleganter hoc no. glo. & allegat. xxxii. q. v. nihil iniquius. Et habetur in libro feudorū, quemadmodum feudum amitta. c. primo & est no. glo. quam sequitur Bal. & Andree in. c. si. quod incipit prouinciores. sub Rubrica. Hic finitur lex post titulum de pace tenenda: que habet q; dominus amittit proprietatem feudi: & dominium vassalagii: Si non defendit vassallos: sicut si vassallus dominum non defenderet. Confirmantur predicta: quoniam homines quibus respirare ad libertatem: natura ipsa donauit: licite possunt libertatem propriam & patrie sue vi & armis & quibusuis maliciis & fraudibus defendere: etiam contra principem: secundum Hosti. in. c. significauit: de peni. & remi. glo. xxiii. q. ii. dominus. & in. c. cupientes in. ver. malignantium de electi. lib. vi. Potuerunt itaq; reges Hispanie: & debuerunt se & patriam a Ro. imperatorum seruitute liberare. Vnde Iheronimus super Iheremiam: Regum est proprium liberare de manu calumpniantium vi oppressos. Et sequitur: si hec feceritis o reges terre: tenebitis pristinam potestatem. habetur in. c. regū. xxiii. q. v. Preterea sanctus Thomas. Secundo scripto sententiarū. di. xliiii. articulo. iii. deducit q; principatus & regalis potestas: est principalr inuēta ad tria. s. ad tuēdū corrigendū: & dirigendū. Ad tuendum. v3. vt principes subditos

*Si princeps non fuerit subditos vt defendat eos, perditionem ius et dignit. reg. p. ma. de senentiar. in reg. p. ma. in no. q. v.*

*Subditi se defendere ad ius et principis & libertate.*

*officiis regis.*

tueant & defendant contra impugnantes. qui itaq; non defendit nomen & rem principis: amittit: & idem si non corrigit nec dirigit ad finem quietis & pacis: ad quam hec humana policia tendit. Cum igitur imperatores non defenderunt ab hostibus predictas prouincias: nec insolentes & insurgentes contra eas correxerunt: nec direxerunt in finem quietis & pacis: immo illas periculis & inuasionibus reliquerūt. per consequens recte & iuste desinerunt esse domini: & amisserunt quo ad illas prouincias rem & nomen principantis. Sed & in sacra scriptura habemus de ea re apertissimum testimonium. legitur. n. Eze. xiii. c. q; propheta ex ore dei cominabat regibus perditionem regnorum: si illa & subditos non defenderent: & si non ascenderent ex aduerso: nec se opponerent murum pro subditis suis: vt starent in prelio contra aduersantes: si nec quod perierat requirerent: ex aduerso. n. ascendere est secundum Gregorium pro defensione subditorum hostibus & potentibus contraire. Idcirco idem propheta propter non defensionem subditorū: subdit: disrumpant ceruicalia vestra: & non erūt vltra in manibus vestris. Rursus ysayas alibi de talibus dicit tu terram tuam non defendisti: sed disperdidisti: tu populum tuū occidisti: ysaye. xiiii. vnde Ieroboam quia populum non tuebat: Sed grauare conabatur: regnum iuste perdidit: quod iniuste non defendit. primo reg. xii. Ideo dicebat sapiens puerbi. xxvii. Sicut auis transmigrans denido suo: sicut princeps qui reliquit locum suum: quasi dicat, iustum est vt illum perdat: & alius occupet. sed certe quia imperatoribus non erat cura de Hispania neglexerunt eam. Quare veri principes & Reges eorum defenderunt eam inter Angustias. Nam vt in parabola Euangelica dicitur. qui non est verus pastor: videt Lupum venientem: & vt mercenarius dimittit oues: Sed verus pastor & princeps: cui est cura de grege: animam suam ponit pro ea. Itaq; iustum est: vt predicti reges Hispaniarum qui easdem prouincias liberas suo sanguine fecerunt: in eis libere dominantur. Quia scriptum est manus fortium dominabitur: que autem remissa est tributo seruiet. prouerbiorum. xii. sed & rationi. Naturali consentaneum



videtur: vt imperatores iuste superioritate perdant: quā non defen-  
 derunt: & reges Hispaniarum institutione libertatem consequantē:  
 quam meruerunt: quia eam & regna ab hostibus eruerunt. Et qđ  
 Imperatores per Inaniā neglexerunt: iuste Hispani bellis & armis  
 acquisierunt: & vt paucis agamus: eodem iure belli quo Romani  
 Hispanias subiugarunt: eodem iure vandali & vltimo Gothi:  
 Hispani effecti: ipsiq; veri & naturales Hispanie adē prouincias a  
 Romanis imperatoribus abstulerunt: & sibi iuste acquisierunt.  
 Quia vt inquit iuris consultus Vlpianus: eisdem modis res desi-  
 nunt esse nostre: quibus acquiruntur. veluti per occupationem. ff.  
 pro derelicto. l. i. Itaq; Gothi ipsi assentientibus Hispanis: nedum  
 Hispaniam liberam: sed dominam circumiacentium regionum  
 fecerunt. Nam Monarche Hispanie: Cingitaniā: Mauritaniā:  
 & alias amplas prouincias in solo Affrice subiecerūt. Ex qua glo-  
 riosa Gotthorum progenie: altissimo sic disponēte: omnes Hispani-  
 arum reges catholici vsq; in hodiernū diem: per legitimas suc-  
 cessiones pcesserunt: & naturaliter regnauerunt. sicut igitur armis  
 fortitudine & potentia: Romani imperatores prouincias pdictas  
 subiugarunt: sic fortioribus armis & maiore potentia illa perdid-  
 erunt. quia vt aiunt arma viresq; regna tuentur. Et iterum cedunt  
 regna vitricibus armis. Vnde Christus in euangelio dicebat. qđ  
 dum quis est fortis armatus custodit atrium suum. Hinc est qđ se-  
 cundum philosophum: qui non sunt bellicosi: facile sunt con-  
 temptibiles. Preterea & in sacra scriptura per potentiam & stre-  
 nuitatem plurima regna acquisita & a seruitute libera leguntur:  
 que longe ante per potentissimos monarchas fuerant occupata.  
 Vnde ad gedeonē dicebat Angelus: vade virorum fortissime &  
 in hac fortitudine liberalis. Iudicū. vi. & iterum constat qđ Reges  
 iuda & Israel: potentia & viribus carentes: regnum sepe perdid-  
 erunt. Illudq; per fortiora arma potentiores Afie Monarche occu-  
 parunt. sed demum aut quia diminuta fuit illorum potentia: vel  
 defendere neglexerunt: surrexit Ioyada Pontifex: qui regnum eris-  
 puit magna fortitudine & potentia de manu Athalie: & liberum  
 ab omni priori subiectione fecit. ii. reg. xi. & primo parali. xiii. sic  
 & roboam

ignauiam

Hispania dicitur esse cetera  
cum regnum

Hispania Reges a Gothis pro  
cedunt

cedunt signa vitricibus  
armis.

Haec postea in d. qđ in rō hio cōsta. vltimus Hispania et Gallicia ptestari sunt. nō est hō veni se. ob vna  
 dōmū imperia. qđ imperant aliqđ pntia subeant. qđ pntia sunt qđ ei dōmū e hōm de pntia  
 in dōmū hōm l. i. d. p. 31.

& roboam pavidus & imbecillis & negligens qa non restitit exer-  
 citui Iheroboam: regnum perdidit. primo. parali. xiii. Hinc est qđ  
 in scriptura sacra ideo translata esse multa regna legimus: quia vt  
 dicit Ezechiel propheta: non fuit in eis virga fortis defensionis:  
 nec sceptrum validum dominantium. Ezechi. xix. vnde Aug.  
 Romani suos plerumq; iuuare non potuerunt: nec aliquando ie-  
 ipsos. Quare inde diminutum: vnde auctum est eorum imperiū.  
 Et iterum idem Aug. v. de Ciuitate dei. vniuersum Romanorū  
 imperium: ideo vnus Augustus tenuit: quia defendit: domuit. n.  
 hostes: & in tyrānos potētissimus: & victoriosissimus fuit. In casu  
 igitur de quo agimus debilitata aut remissa manu imperii: & eius  
 potentia: aut non valente: vel valente: puincias inuasas tueri regna  
 cesserunt potentioribus. Vnde philosophus. iii. politicorum ait qđ  
 non est facile principari debilibus & potentia carentibus. & iterū:  
 in potētem difficile est principari. quare subdit in quinto polithi-  
 corū qđ antiqui reges. plerūq; adepti sunt regna: que propter po-  
 tentiam prohibuerunt regnicolas seruire: sicut Codrus & Cyrus.  
 Ex quo patet qđ liberantes aliquam prouinciam a seruitute & sub-  
 iectione illorum: qui illā occuparunt: & prohibentes seruire: iuste  
 & libere acquirunt principatum illius.

qđ multa regna  
translata

¶ Nono supradicta probantur aliis testimoniis sacre scripture.  
 Habet .n. primo Macha. xiii. c. qđ antiochus magnus: & post eū  
 triphon. regnātes in asia: manu forti subiecerūt sibi Israel: & regū  
 iuda: & erant sibi in tributum. Verūtamen dicit scriptura qđ iuste:  
 Immo iussu dei ablatum est iugum gentium ab Israeli & regno  
 iuda: per Symonem sacerdotem magnum principem & iudicem  
 iudeorum: iuste igitur predictus Symon princeps Israel liberauit  
 iudeam a seruitute: qua antiocho magno & suis predecessoribus  
 seruierat: & eis a longissimis temporibus fuerat in tributū. Rursus  
 succedit aliud sacre scripture testimonium. legitur in secūdo regū  
 viii. qđ regnum iuda & populus Israel seruiebat regibus filistinorū:  
 & illis tributa soluebat: postea tamē ex populo Israelitico: & tribu  
 iuda: surrexit rex Dauid: qui iuste & licite ac dei precepto libera-  
 uit eos a subiectione & seruitute principis felistinorum: & reduxit

L



in pristinam libertatem. Vnde sacra scriptura in comendatione huius facti: dicit: q̄ David viriliter agens: tulit frenū seruitutis & tributi de potēti manu Moab principis philistinorū. Ex q̄bus cōcludit̄ q̄ reges Hispaniarū iuste & recte liberas facere debuerunt & potuerūt Hispanias a subiectione: si qua tenebant̄: a Romanis īperatoribus nolētibus aut nō valentibus easdē puincias defendere.

¶ Deducit̄ spāliter Franciā nō subiici īperio multis testimoniis.

¶ Decimo aliqua breuiter deducēda sunt: que apertissime demōstrant: regna & reges Frācie: liberos & exēptos: ac libera & exēpta fore ab oī iurisdictione īperii, nec recognoscere imperatorē superiorē in tēporalibus, qd̄ pbant rōnes: iura: & testimonia: superius tacta. Et signāter p̄ libertate Hispanie adducta. Nā constat: simili violētia & vsurpatione Romanos imperatores: vi & armis occupasse gallias. Vt. n. sextus Ruffus & post eū oēs Romani historiographi scribūt: nō est dubiū plures consules: pretores: dictatores: cū gallis: vario euētū cōstigisse: Marius. n. Gallos de Italia expulit: & vltimo Caius Cesar cū decē legionib⁹: que quaterna millia habuerūt: Gallias subegit: & tandē tributarias fecit. Itaq; violētia & vsurpatio tyrānica manifesta est. quare per ea que dicta sunt potuerūt reges & regnicole Galliarū quātocius potuerūt: libertatē suā pristinā vindicare: & vim illatā ppulsare. put de iure naturali hominibus innatū est. Nā cū diuina permissione: prima regē dominia fuerint occupata: & distincta: p̄ patres n̄ros: & in illis reges fuerūt instituti: nō licuit īperatoribus superioritatē & iurisdictionē regni sui sibi auferre: & sibi applicare. Nā cōtra dicit. l. naturalis & diuina: que habet: qd̄ tibi nō vis alteri nē facias. Matheus. vii. presertim q̄ inter p̄cepta dñi violētia phibēt. xiii. q. vi. penale. Itaq; cum cōtra ius naturale & diuinū Imperatores peccauerūt & deliquerunt: illicite occupādo: licite reges Francie potuerunt se a tali violētia & tributo violēto liberare. q̄a quod q̄s ob tutelā corporis sui: & patrie facit: iuste fecisse videtur. l. vt vim. ff. de iusti. & iure. maxime si aliter se defendere nequit. ff. ad. l. aquiliā. l. sciam. §. q̄ cum aliter. Vel si iuste timet: q̄ se aliter & sua tueri nō pōt. e. ti. l. si quis: & ignōscēdū est ei: qui qualitercūq; libertatē suā redimere

deducit̄ spāl. q̄ Francia nō subiicit̄ imperio.

qd̄ tibi nō vis, est de lege nōi et diuina.

voluit. C. de bo. eo. l. i. Nec solū hostes possumus vi & armis de n̄ris dominiis expellere: sed etiā per dolos. xxii. q. ii. vtile: Rursus non solū iure naturali: sed etiā iure gentium reges Francie liberi & exempti sunt. Nam que ab hostibus capiuntur: recte nostra fiunt de iure gētium. vt. l. postliminiū. ff. de capti. c. super hiis de voto. Cōstat autem reges Francorum regnum recuperasse ab hostibus suis predictis: qui iniuste illa inuaserūt. vnde licite sibi acquisierūt: & fuerunt sua de predicto iure gētium. maxime q̄ anteq̄ esset aliquis imperator: erant reges Francie & Hispanie. Preterea in historiis approbatis: & presertim in registro Caroli magni appellato: habetur q̄ regimē Francie dignissima conditione imperii pars est pari diuisione: & ab eo directa & etiā legis dignitate & auctoritate. nam & Francia imperium quondam obtinuit: aut ibidem iura altitudinis & potestatis exercuit. Rursus ex testimoniis iuris ciuili & positiui apertissime ostendit̄: reges Francoꝝ imperatorē non recognoscere in superiorē. Nā secundū cōmunē doctrinā docto. iurisdictionē & potestas imperatoris: est sine p̄iudicio eorū qui eidem imperatori nō subsunt: vt rex Frācie. ex qua gloriosa domo p̄dit imperiū in latinos libero manēte regno frācoꝝ: vt habet̄ i. c. venerabile de elect. & est tex. in. c. p̄ venerabile: q̄ filii sunt legi. Vbi expresse dicit̄ tex. regē Frācie nō subesse imperio & ita v̄ ibi tenere Inno. hoc ēt dicit̄ glo. insti. de p̄ria p̄tate. §. si. que ait: q̄ frācigine insignū liberationis a iurisdictione & legib⁹ īperii nō vtunt̄ patriap̄tate: tāq; induc̄ta lege ciuili ab īperatorib⁹ edicta. Cetere si dicat̄ q̄ īperator excedit̄ alios p̄cipes & reges in t̄palib⁹: & p̄ cōsequēs reges Frācie & Hispanie dicēdū est illud p̄cedere in hiis q̄ sunt de īperio: sec⁹ in aliis. vt no. de re. iud. pastoralis. Ex quo ifert̄ Mathe. quē sequit̄ zābare. & multi docto. in dicta cle. q̄ rex Frācie & Hispanie & alii nō recognoscūt īperatorē in superiorē. Nam de rege Frācie videt̄ nō solū nō verisimile: sed absurdum & ab oī rōne alienum: q̄ Carolus magnus: in cuius personā: vt dictū est: fuit trāslatū īperii i germanos: passus fuerit regnū Frācie: qd̄ erat suū patrimoniu velle alicui subiicere. qd̄ & si fecerit: non potuisset in p̄iudiciū regie dignitatis: & successorū. vt diximus supra in. x. solutione in tertio genere probationis.



*Responsio ad obiecta*

**R**esponsiones assignantur ad rationes quibus probare quidam nituntur Franciam & Hispanias subiecti imperatori.

**C**onsequens est ut in hoc quinto loco Respondeamus singulis obiectionibus & rationibus factis per eos qui imperiales partes tuentur: quibus probare nitentur: reges & regna Hispaniarum & Francie subiecti imperio in temporalibus. Et primo tangemus rationes factas contra reges & regna Hispaniarum. Deinde attingemus obiectiones factas contra regem & regnum Francie. Aliquas vero rationes utranque nationem tangententes pariter soluimus.

**A**d primum cum obiiciunt de iure diuino Hispanias subiecti imperio: quia sacra scriptura in primo Machabe. viii. refert: quod Romani potentes viribus multa fecerunt in regione Hispanie & quod ad eandem potestatem redigerunt metalla auri & argenti: & possederunt omnem locum potentia sua. Dicimus in primis: quod illa narratio incidenter facta in li. Machabe. non facit ius diuinum: nec omnia que in sacra scriptura narratur: censentur de iure diuino. Sed solum illa que in moralibus preceptis & in ordinatione cultus diuini scripta & ab ecclesia probata reperiunt. i. di. s. i. Alie autem narrationes & historie probant sic factum esse: non tamen in omnibus recte & iuste factum esse. Itaque recitat factum: non approbat. ut supra diximus in. x. obiectione. Adde quod predicta auctoritas aperte contrarium probat: videlicet Romanos imperatores usurpatiuè & violenter usurpasse & occupasse Hispanias: quod non negamus. & hoc sonant verba: eiusdem auctoritatis. dicunt. n. quod Romani Hispaniam in sua potestate redegerunt: Et iterum omne locum possederunt sua potentia. que verba expressè denotant: violentiam & usurpationem per bellos & armorum potentiam. Plerumque. n. possessio capite per violentiam detentione. no. xii. q. ii. dilectissimus. & in. c. ii. de rest. spo. li. vi. Idque & in sacra scriptura frequenter legimus. Vnde dicebat propheta agros nostros & vineas nostras possident inimici nostri. Nemie. v. Et iterum Eze. vi. possident sanctuaria vestra & hereditate tenent illa.

**A**d secundum cum obiiciunt de diuersis legibus & iuribus Romanorum imperatorum: quibus cauere dicunt: Hispanias esse subiectas imperatoribus. ut in. l. ii. s. capta. ff. de ori. iur. & in. l. relocatorum. s. interdiceret. ff. de interdicitis. Ceterum allegant verba gratiani in. s. hoc si quis. x. q. i.

*id est que in sacra scriptura narratur sunt de iure diuino, sicut dicitur in Machabeis*

ubi dicit omnes nostre iurisdictioni subiecti tam Romani quam Franci Hispani & ceteri subiecti Romano imperio etcetera. Dicimus quod ad omnes istas leges & iura similia lactissime generaliter & singulariter ad singulas respondimus. supra in. x. obiectione. ubi inter cetera diximus leges predictas tamquam ab imperatoribus conditas: & in facto proprio non probare: eos habere vniuersalem iurisdictionem in orbe vniuerso: & minus in Hispania. quia pro se ipso nullus est iustus iudex nec ydoneus testis. Et si hoc imperatores ipsa viva voce dicerent: eis non crederetur. Et multo minus si hoc dicant in legibus a se factis. Nam sicut dicitur. iuste imperator dici posset. tu de te ipso testimonium prohibes. & testimonium tuum non est verum. Presertim quia leges predictæ hoc non asserunt per modum statuti. Constat. n. quod omnis lex: aut permittit: aut vetat: aut punit: aut precipit. iii. di. omnes autem leges autem predictæ que allegantur ad fundandam vniuersalem iurisdictionem imperatorum: maxime in Hispania & Francia: hoc non statuunt: nec contrarium vetant: nec prohibent: nec tenendum precipiunt. solum per modum historie narrat simpliciter captam esse Hispaniam: & Galliam. Itaque quoad hoc non habent vigorem legis: quia dicta verba principaliter propter aliud sunt prolata. Ideo non probant ea que incidenter narrat ut non. in. l. ex hac scriptura. ff. de dona. Itaque inepte allegant qui ad hunc propositum predictas. li. inducunt. cum quo ad illud non possint dici. li. sed potius historia. Adde quia dicta verba que habent captam esse Sardiniam: mox Hispaniam: ut in precedenti solutione diximus. violentiam & usurpationem demonstrat: potius quam iustum titulum. Itaque non negamus quin Hispaniam & Gallias occupauerint: sed negamus quod iuste. Nam antiqui Monarche orientis videlicet perse: asserii: magnas occuparunt prouincias non tamen iuste. Nec ideo quia alii licet usurpatiuè tenuerunt: ideo nunc sunt illarum veri domini. non. n. omnis qui tenet aut possidet est dominus. C. de proba. cum res. quod autem dicitur in. s. hoc si quis: dicimus illa esse verba gratiani qui refert carolum sic dixisse: nec de illo aliter constat.

**A**d tertium cum specialiter obiiciunt Franciam & reges eius subesse imperio. p. l. ii. C. de muni. & per. l. In nomine domini. C. de off. prefect. affrice. Et similia dicimus: ut supra tetigimus. videlicet leges predictas: non probare titulum vniuersalis iurisdictionis: sed narrasse

*lex circa que veritas?*







Nam ipse solus in persona petri & successorum suorum claves recepit ligandi atq; soluendi in terra: atq; in celo. 21. di. in nouo. Nec imperator habet hmoi monarchicū principatū: als esset dare duos monarchas in solidū eandē iurisdictionē habētes in vniuerso orbe: quod est absurdissimū & saperet heresim. manicheorū. ponētium duo Principia. vt declarat in extrauagā. vnā sanctā eccliam. Nam secundum Augusti. quis in principatu desiderat habere cōsortē: nec in possessione sua cōpossessorē. inc. qđ aut. 23. q. 2. Est ergo naturaliter moraliter & diuino iure cum recta fide tenendū: principatū Ro. Pont. esse verū & vnicū immediatū principatum totius orbis: nedum quo ad spūalia sed quo ad tēporalia & principatū imperialē esse ab ipso dependētē & mediatū ministerialē & instrumentalē eidē subministrantē & deseruientē: foreq; ab eo ordinatū & institutū & ad iussum principatus papales mobilē & reuocabilē corrigibilē & punibilem: de quo ministeriali principatu pulchre ait ysidorus in libro de summo bono. potestates inquit seculares necessarie nō essent: nisi qđ nō preualet sacerdos efficere per doctrine potestātē princeps hoc impetret p discipline terrorē. Ecce inquit necessarie non essent: ex quo aperte inuit qđ in hoc mundiali regimine: principatus secularis de pura & mera necessitate nec etiam expediētia necessarius nō est: nisi quādo ecclesia nō pōt. si ergo posset malos cohercere nō est necessarius principatus imperialis & secularis: cū includat virtualiter in principatu apostolico. Vnde Ambro. ait qđ summi Pontifices solū p cursu rerum temporaliū imperialibus legibus vtunt. Resoluēdo igif istum articulum dicimus: qđ tota machina mundalis nō est nisi vnus principatus: ideo nō debet esse nisi vnus vniuersalis & supremus princeps & monarcha. Nam vltra predicta illud natura ipsa docet. vt n. inquit philosophus in. xii. metha. entia nolunt male disponi. ideo vnus est principatus & vnus princeps supremus totius orbis: qui est Christi vicarius. Iuxta illud Daniel. viii. dedit ei potestātē honorē & regnum: & oēs populi & lingue seruient ei. In illo igif est fons & origo omnis principatus: & ab eo ceterē potestates defluunt. fatemur tamen qđ attento quod iusticia per Christum.

regimz nō fert duos.

qđ pōtē potestatis seculares  
sūt necessaria

entia nolunt male disponi  
est de iure sicut.

confirmata non extirpata: cum omnis principatus pcedat ex ordinatione diuine iusticie. Iuxta illud ad Romanos. xiii. omnis potestas a deo est. & que a deo sunt ordinata sunt. ideo sic Papa debet totius orbis esse obseruator siue ordinator: sic debet administrationē siue executionē tpalium regibus & principibus dimittere. nec p se ipsum vbi nō expedit: exercere. satis. n. est qđ illā exerceat mediantibus regibus & principibus secularibus: nisi in certis casibus: quorū vnus est: quō princeps deliquit vel a fide deuius fuerit vt no. in. c. per venerabilē. q. si. sunt legitimi. Sic. n. agit. deus rex oīum regū: qđ nō oīa tpalia imediate p se gubernat: nec illa exeqt. Hinc est qđ dicit Aug. viii. de ciui. dei. qđ deus sic administrat & gubernat oīa: vt exercere pprios motus suos sinat. ex quo eliciē documētū. qđ licet Deus sit prima cā effectiua: & vniuersalis oīum rex naturaliu & agibiliū: nō tamen est causa totalis. qđ tūc frustra ponerent cause secūde quas deus finit agere pprias actiones: nam ista elemēta & alia mobilia nō mouent adeo imediate: sed mediantibus celis quorū motu cessante cessat oīs motus istoꝝ inferiorū. Sic ista tpalia geruntur: & reguntur adeo & imediate ab eo per vicarium suum in terris: mediantibus regibus & principibus circa administrationem & executionem: iurisdictione tamen principali & vniuersali in eodem Christi vicario residente. Confirmantur & plurimum roborantur supradicta per singularem auctoritatem Aug. in li. ii. de Ciui. dei. c. xxi. vbi dicit qđ sine iusticia nō potest regi respu. recta & vera cuiusmodi. Nec proprie est. respu. nisi in qua est conditor & rector Christus: & per cōsequens eius in terris vicarius. cui Christus ipse tantam potestatem contulit quātam ipse habuit vt ait cyrillus in. li. thesaurorū. Que verba notāda sunt: quia ad litteram loquitur de regimine temporali & gubervatione reipu. Christiane. Sed hunc articulum circūscripta lege diuina & canonica: & declaratione fidei & veritate. antiq & noui testamēti. lacius deduco & examino ac distingo illū cōprobando ex meris naturalib⁹ & moralib⁹ testimoniis: & plurib⁹ inuincibilib⁹ rōnib⁹ in eo libro quē defensoriū ecclesie appellauī: nuper ame edictū in hoc castro facti Angeli de Vrbe: i quo dignatione Sanct. d. n. d.

temperamentis.

her nō sūt bona ratio nōq  
si pma Eber in spalia  
millo pma ei vī qđ hōstia  
e hō admīstratio. sicut  
pū in pōmōio esse pū  
vī qđ est expediētia vt  
p aluz cōtēnt. sicut  
modo potest dū quā  
pū hōstia. sicut. 83 sōm  
vī qđ nō est. ergo nō  
illud.

sine iusticia nō potest regi  
respu. nisi in

autem ampo sicut hōstia. sicut  
defensoriū ecclesie.



Pauli. ii. Pont. max. castellanus existo eidēq; sūmo pōtifici ad dei gloriā & s̄cte m̄ris ecclie decorē honorē & defensionē dedicatū. Patet ergo ex p̄dictis & vt finē huic prime parti imponā. q; principatus regū & principū qbus regna cōferunt sicut in primo p̄supposito diximus: antiquiorē: iustiorē: & potiorē titulū habēt ad regna & dominia q̄ imperator ad vniuersas natiōes orbis. Patet etiā eosdē reges & principes & eorū populos iuste & licite potuisse ase iugū violēter seruitutis & subiectionis ac vsurpate iurisdictionis p̄pria auctoritate ab ip̄eratorib; excutere: & pristinā libertatē reassumere: nec in aliquo reges p̄dictos p̄sertim Frācie & Hispanie ip̄eratori subiectos māsisse: aut eis quouismō subesse. & p̄ cōsequens ip̄eratorē ipsū ius ad vniuersum orbē minime h̄re. Sed solū in ea puincia aut puiciis q̄ sibi naturalr collate sūt: aut in qb; elect; est.

**D**igressus Et vagatus sum in hac prima parte vt qbusdā videbitur. Sed nisi fallor p̄ maiori intelligētia eiusdē articuli necessariū & vtile fuit breuē hāc & cōpendiosam originē p̄cipatus regalis & ip̄erialis & vniuscuiusq; antiquitatē & iusticiā aut iniusticiā sine approbatione: & que vnicuiq; iurisdictionē cōpetat: & i quos: & ad qd se extēdat breui deducere. Ex qbus facilius secūda pars p̄cipalis patebit. Nā cū cognita & p̄specta fuerit antiquitas & excelētia originis & iusticie principatus regalis & illius approbatio diuina: apte vnusq; videbit: q; titulus regū & principū eo casu quo eis regna cōferunt antiquior potior & iustior est: q̄ titulus ip̄erialis & aliorū principū q̄ dant regnis. vt in primo p̄supposito ostēdimus.

Et p̄ cōsequēs resultabit ex p̄dictis verissima cōclusio que sequit̄. videlicet q; reges & principes p̄dicti qbus regna conferunt cū illa naturaliter hoc est qa de iure naturali & gentiū ea obtinent difficilius deponunt: siue talibus regnis priuant: q̄ imperator & certi p̄cipales q; p̄ electionē vel alias dant regnis. cū illoꝝ principatus sit de iure ciuili: cuius vinculū facili; soluit: q̄ iuris naturalis. vt. v. di. in prin. ff. de iust. & iure. l. ius ciuile. nā illo dominio iniustius q; priuat qd quis iustius & naturalius tenet. dicto. c. quo iure. viii. dist. & insti. de iure naturali. §. sed naturalia & l. ii. ff. de vsufruct. eaz; rex no. Inno. in. c. q̄ in ecclesiarum de consti.

INCIPIT SECUNDA PARS HUIUS LIBRI IN QVA

principaliter agitur a quibus: quando: & quō: & ex quibus  
causis regum & principū: presertim qui nullū secularē  
Principem recognoscūt in superiorē: correctio:  
depositio: & punitio fieri possit etiā t̄paliter.  
In qua parte plures materie discutiūtur:  
vt in tabula posita in principio. lib. continetur.



**C**OGIT Ordo pollicitus Vt attingamus secūdam partē principalē huius libri: in qua discutiendū & agendum est. An depositio seu priuatio aut eiectio facta & tēptata p̄ Barones & populū alicuius regni: de regno p̄dicto & titulo regio illius regis: qui in eo naturaliter regnat: nec in tēporalibus superiorē recognoscit: presertim forma & causa requisitis non precedentibus valide iuste & recte fuerint & sint. Pro faciliiori igitur declaratione p̄dicti articuli: presupponenda sunt que supra diximus in parte precedenti: in quibus deduximus per testimonia iuris naturalis diuini & humani & politica fundamenta: ortum: originem: & progressum: principatus regalis & ip̄erialis. Et per eadem testimonia & probationum genera ostendimus: principatum regum naturalium antiquiorem iustiorē & approbatiorem fore principatu ip̄eriali. Presertim quantum ad vniuersalem iurisdictionem vniuersi orbis. Deduximus etiam luce clarius: reges p̄dictos libere & licite potuisse excutere ase violēte & vsurpate: iurisdictionis vniuersalis: quam olim populus Romanus & postea imperatores Romani pretendunt in vniuerso orbe: nec in aliquo eosdem reges imperatoribus subesse. Ex quibus consequēter deduximus: reges p̄dictos tanq̄ non cognoscentes aliquem secularē principem in superiorē in tēporalibus: difficilius deponi: eici: aut priuari posse regnis & dñis suis: q̄ imperatores. In hac vero parte preclarus agendū est: a quibus: qn: & quō: & ex qbus causis: tales regū

*populus in potestate regis  
si quis cepere. et qno mo  
do excipere possit. et que  
regneant.*  
*Itaque in his ostende  
re Almainus. de aucto. ele  
in prin. c. 1. q. 1. nō  
potest ex his. et t̄p̄  
tate s̄m̄ p̄cipatū in prin  
cip. de s̄m̄ uenit. t̄p̄  
q̄ et voluit ostendere in  
f. vesp̄is s̄m̄. & facit  
illa v̄n̄ solū. vt nō  
t̄p̄ p̄cipatū alicui p̄s̄  
ferunt. & nō p̄cipatū.*



depositiones & punitiones iuste & licite fieri possint: & specialius deducemus: depositionem predictam factam de dicto exempto rege per barones aut populum suum fuisse & esse nullam: inualidam: & de facto temptatam. In qua re quantum salua regis maiestate & veritate poterimus: breuitati vacabimus: tenebimusque ordinem sequentem. Nam ex his que in superioribus partibus diximus: ex infra dicendis tres articulos: siue tres conclusiones infra scriptas: ex tribus defectibus prouenientes breuiter eliciemus: ex quibus veritas totius materie resultabit.

¶ Prima conclusio est: quod reges naturali iure regna obtinentes: non recognoscentes aliquem secularem in superiore in temporalibus: non possunt propter eorum delicta licite & iuste deponi: aut expelli a regnis suis: nisi per Romanum Pont. Barones vero & populus regni talem regem deponere ac punire non possunt ex defectu potestatis iurisdictionis: & auctoritatis coactiue in suum principem.

¶ Secunda conclusio quod predicti reges naturaliter regnantes non possunt priuari: deponi: seu expelli: de regnis suis iuridice & licite: nisi debitis ordine & forma seruatis ex defectu forme requisite.

¶ Tertia conclusio quod tales reges non possunt iuste & recte deponi & priuari: nisi ex maximis & grauissimis causis sufficienter & legitime cognitis & probatis: ex defectu cause sufficientis. Ex his igitur conclusionibus sic combinatis. sequitur apertissime: quod rex naturalis alicuius regni maxime exempti non recognoscentis secularem in superiore in temporalibus: non potest iuste & licite priuari aut deponi a regno suo: nisi predictis tribus concurrentibus. Primo legitima superioritate ex parte iudicis. Secundo debita iuris forma seruata ex parte iudicii. Tertio causa sufficienti probata ex parte iudicandi. Ex quo patet: quod depositio facta aut temptata predictis tribus necessariis requisitis non seruatis: est inualida nulla: & de facto temptata. Istam deductionem probant plurima apertissima iura naturalia: diuina: & humana: & testimonia politica. Prout statim patebit in discussione cuiuslibet articuli. Sed & eandem deductionem sic trimembrem probat sanctus Tho. ii. secunde. q. lx. articulo. vi. dicens: quod potestas iurisdictionalis & omne iudicium coactiuum

*Iudicium coactiuum ex tribus modis solet priuari: scilicet potestatis, ordinis, forma.*

vsurpatur

vsurpatur & peruertit temporaliter. Primo ex defectu potestatis: Secundo ex defectu ordinis & forme requisite: Tertio ex parte cause sufficientis. Ex his igitur tribus defectibus: tribus conclusionibus predictis correspondentibus deo duce: & ipsa luce clarius ostendimus: priuationem & depositionem factam de dicto exempto rege a regnis & dominiis suis per Barones predictos: nullam & inualidam fuisse. Idque probabimus & roborabimus: testimoniis: & fundamentis: & rationibus: ac auctoritatibus naturalibus & politicis: ac iuris diuini & humani siue positiui. Discutiemus igitur quolibet defectum per se ut facilius & apertius intelligatur.

¶ Quomodo reges non recognoscentes superiore non possunt deponi nec puniri ab aliquo non habente publicam potestatem & iurisdictionem.

¶ Primus igitur defectus resultans ex prima conclusione qui reddit depositionem dicti regis exempti nullam & inualidam: est defectus potestatis & publice iurisdictionis: & coactiue auctoritatis: Que veritas ostenditur & probatur: triplici genere probationum: iuxta ordinem superius continuatum. videlicet testimoniis: naturalibus: & phisicis necnon moralibus: & politicis. 2. testimoniis iuris diuini: & sacre scripture. 3. testimoniis iuris humani & positiui.

¶ Primum genus probationis per testimonia naturalia.

¶ Primo igitur fundamentis: & testimoniis naturalibus in hunc modum. Naturaliter nulla res creata agit in aliam: nisi talis agens sit superior. Nam ut philosophus ait in phisicis: superiora potentia sunt agere & inferiora & in illa influunt: repugnat enim nature ut terrena & inferiora agant & corrumpant corpora supra celestia: & superiora: a quibus influunt: sed & alterationes & transmutationes apte nate sunt recipere. Et iterum secundum eundem philosophum in. iii. politico: corruptio non contingit: nisi cum fit motus a dominante: & a nobiliore in ignobilius atque debilius. Nam eodem philosopho: teste equalia vel simili amouent non destruunt: nec corrumpunt. Tertio secundum eundem philosophum. 4. metha. nunquam fit transmutatio nisi: cum subiectum aptum natum est transmutari: & naturaliter subest transmutanti. ad propositum ergo constat ipsa

*testimoniis naturalibus clarum non posse priuari reges priuari aut expelli: nec legem sui regni esse in se defendi in his que sunt in inferioribus: ut alius dicitur. Sed est secundum naturam ad proprium.*

M







recte & iuste institutos aut a regnis depositos: nisi a sumis sacerdotibus & prophetis: tippum eorum tenentibus: aut de eorum consensu. Et hinc est q̄ de Saule legimus quia per Samuelem fuit vnctus & ordinatus Rex: & tandem per eundem fuit reprobatus & eiectus & illius regnum eiusdem prophete: misterio fuit translatum ad David filium Ysay. Vnde dictum est Samueli primo regum. xvi. quousq; tu luges Saul, cum & ego proiecerim eum ne regnet super Israel. Ecce depositionem & sequitur eiectio & ordinatio alterius regis: imple inquit cornu tuum oleo: & unge filiū Ysay. quem preuidi mihi in regem. quid plura, etiam depositiones & eiectiones regnorum gentilium facte sunt: auctoritate sacerdotum & prophetarum. Vnde Daniel iudicio & auctoritate qui pro illo tempore gerebat psonam summi sacerdotis mutationes regnoꝝ facte sunt. Nam scribitur Daniel. secundo q̄ ipse Daniel in explicatione illius visionis statue preuidit & iudicauit futuras translationes & depositiones multorum regnorum & monarchiarum. Nec obstat q̄ populus Israeliticus elegit & constituit Saulem regem dicens. primo reg. viii. constitue nobis regem vt indicet nos sicut vniuerse habent nationes. Ex quo verbo vt aliqui inquiunt: videtur probari q̄ populus instituit regem: & per consequens per regulam paulo ante tradita: potuit destituere & deponere. vt habet vulgatissima iura. Sed dicēdū est q̄ auctoritas inducta potius pbat oppositum. Nam ex ea patet: q̄ quātūcūq; populus clamaret & peteret regem: non tamen ipse populus constituit: nec ordinauit regē. Immo ipse populus voce sua expresse fatebat ad se non pertinere instituire regem sed solum petere. Dicebat. n. populus constitue nobis regem. non. n. id possent si sua auctoritate agere potuissent. frustra. n. quis ab alio petit qd̄ agere potest. Sed dato q̄ fateamur ad consensum & vocem populi institutum fuisse regem: dicimus q̄ non fuit per populum persona determinata in regem ordinata. Sed imediate & principaliter atq; determinate p̄ summū sacerdotē S. Samuelē, p̄dictus rex Saul fuit rex ordinatus & institutus. nō. n. populus petiit illū vel istum: Sed solū petiit regē in determinate. p̄pheta itaq; ad quem instituire pertinebat determinate Saulem

pariter q̄ ipse Moysi: qm̄ nō erat dī  
tūta / similitudinis fuit vsq; ad  
Saulem, lexm̄ reges m̄ alijs  
nationib;

im̄ populus instituit Saulem  
regem. vt postea cum desti  
tuere q̄ ad eū q̄  
regala melius ratio est, q̄  
reges a deo instituti et re  
ant, mediantē populo, vnde  
nō a deo sū p̄stiti ego a  
sōlo deo nō a populo, sicut m̄  
p̄vni fuit dī vbi m̄ iura ratio  
est q̄ im̄ mediantē a deo vnq; q̄  
p̄p̄pheta p̄ vbi dicitur. q̄ sū  
tūm̄ p̄p̄pheta nec a populo sicut ab  
angelis. q̄ sū m̄ i. Conclūo S. S.  
alibi q̄ est.

instituit. Vnde scriptū est q̄ tulit Samuel lenticulam olei: & vnxit Saulem regem. vt habet primo regum. xi. plus dicemus satis notandū: ex quo notatur singularis excellentia & prerogatiua summi Pontificis in ordinandis & destituendis regibus: quia vt habetur ex illo loco sacre scripture: solum quia populus petit regem licet indeterminate: tamen quia incōtemptum prophete: tunc summi sacerdotis. s. Samuelis: ideo rex ipse reprobatus est. vt habetur eodē primo regum. viii. vbi legitur quia displicuit sermo populi regē petentis in oculis Samuel: de quo aliquid diximus in parte p̄cedēti in. v. responso. dicimus igitur ad casum p̄sentem & ex p̄dictis potest colligi: q̄ dupliciter contigit: Barones aut populum posse reges deponere. Primo modo p̄ viam cognitionis & publice protestatis & iurisdictionis: quo casu Barones & populi nullam habent cognitionem nec potestatem deponendi: tāq; subditi & inferiores. vt dictū est. Secundo modo p̄ viam accusationis aut denūciationis: & tunc populus & Barones habent ius accusandi & denunciandi regem de grauib; excessibus coram summo Pontifice: qui regum maxime exemptorū solus iudex est: & isto casu sicut deus neminē condēnat sine accusatore: vt patet de muliere adultera & multis alijs: sic sumus Pontifex p̄ accusationem Baronum rege vocato audito & legitime defenso: p̄ vt merita deposcant: aut suspendet: aut dabit coadiutorem: aut deponet si sine scādalo fieri valet: vt inferius tangetur. hanc distinctionē apertissime p̄bat ea que dicta sunt: & inferius adducentur. Sed specialiter illā firmat ysidorus in li. de sumo bono. c. xlix. Ait. n. non est a populo iudicandus p̄sident: etiam inordinatus: dum magis nouerint sui esse meritum p̄uersi regis suscepisse principatum: & subdit: Rectores ergo iudicandi a deo sunt: a suis autem subditis nequaq; plectēdi. Et iterum: q̄ si a fide deuiauerit erit a subditis arguēdus: p̄ moribus vero reprobis potius tollerādus q̄ a plebe dirtingēdus. Ecce aurea verba: dicit. n. p̄ prauis moribus nequaq; a plebe iudicandi & dirtingendi: solum ergo permittit accusationem si a fide deuiauerit. de quo latius tangemus in tertio defectu siue articulo huius partis.

populus nō p̄ vniuersum iuris  
dictionis, s; am̄ fationis nō  
m̄ p̄p̄ta p̄ reges p̄p̄ta



idz / mrc. diuino pbat?

**T**ertio inualiditas hmoi depositionis a regno facte p Barones pdictos: pbatur aliis fundamētis iuris diuini. Constat. n. q̄ quādo aliqui conantur iudicare in his in quibus non habent auctoritatē: tunc vsurpatur iudicium: & est nullum & inualidum qđ agitur: quia eccle. xx. c. scriptum est: qui potestatem sibi assumit odief. Et iterum: cum essetis ministri regni illius non recte iudicastis. ecclesiastici. vi. c. Que verba sapiens dicere videt ad Barones pdictum regem iudicātes. preterea de tali vsurpato iudicio scribitur. tu quis es qui iudicas seruū alienū. vbi glo. quis es. i. cuius auctori tatis & potestatis es. si. n. seruū alienum: fideles phibentur iudicare: quanto magis dominū suū: & regem p̄prium. Nam solū contra leuiter molestantes regē: ait scriptura. tu quis es qui inquitas regem. primo reg. xxvi. Patet ergo q̄ non possunt Barones iurisdictionem coactiuam quā non habēt: exercere in principē suū. imo ipsa iurisdictione est principis: & hoc est q̄ scriptura ait. licet aliquando trahatur ad alium sensum. nullus inquit sibi assumat honorē: supple potestatis & iurisdictionis: nisi qui vocatus fuerit ab Aaron. i. sumo Pontifice vicario Christi: a quo fluit oīs iurisdictione: & cuius solū est hoc iudiciū. vt supra diximus & infra tange mus. Et itē scriptū est: noli esse iudex nisi virtute. i. auctoritate & publica potestate valeas irrūpere iniquitatē. Preterea hanc veritatē maiores populi iudeorū & magnates illoꝝ licet iniquissimi & veritatis inimici cōfessi sunt. Nam ex defectu iurisdictionis non sunt ausi Xpm condēnare: imo nec totus populus: quāq̄ illum mortali odio psequerētur. Nam licet oblata illis esset per p̄sidem potestas iudicandi Xpm: ipsi quia sciebant se non habere iurisdictionē q̄a erant sub cesare cuius erat tota iurisdictione: dixerunt nos legē habemus & sm legē nostrā debet mori: nobis tamē nō licet interficere quēq̄. In quo fatebantur habere ius accusandi: Sed non iudicādi. Presertim Xpm quē sciebāt regē iudeorū: licet p̄ inuidiā tradidissent eū: sciebāt. n. qm̄ scriptū erat in lege: nō iudices cōtra p̄cipē: q̄a ipse minister iudicii est. eccle. viii. Et itē erubescite a principe & iudice de delicto. v3. eos iudicando eccle. xxxviii. Et Rursus: si peccauerit princeps: qđ dñi lege phibet tinger sacerdos digitū in

sanguine hostie p peccato: & orabit p eo. leui. iiii. Vnde Iheronimus sup illo verbo Dauid regis in psalms. tibi soli peccaui: & habet i. c. totā. de peni. di. iiii. Ait Dauid rex erat: & aliū nō timebat. vbi glo. hugo. tibi soli peccaui. i. a te solo puniendus. Et iterū sup eodē verbo aliū nō timebat: ait glo. ord. nō timebat aliū: q̄ eū punire posset: & p̄pterea dicit alia glo. de. peni. di. i. c. euenit: q̄ regū delicta solum deū habēt vltorē. i. nullū purū tpalem magistratū: Sed solum deū: & eius in terra vicariū: quia est idē tribunal. Hinc casiodorus super eodē verbo: tibi soli peccaui: quia rex oībus est superior: ideo tantū a deo qui est maior est puniendus. nam si q̄s de populo peccat: deo peccat: & regi. Rex vero nō habet hominē superiorem: ideo recte dicit tibi soli peccaui. i. a te solo debeo puniri: ergo non a populo nec Baronibus.

tibi soli peccauit

**Q**uarto confirmantur pdicta: p Aug. qui sup illo verbo: oīs q̄ accipit gladiū: gladio peribit: sic ait. ille vtitur gladio qui nulla superioris auctoritate: vel iubente vel concedente altere iudicat. Ecce inquit: nulla superioris auctoritate seu potestate. In casu igitur de quo agimus: cōstat Barones vt supradiximus naturaliter subiectos esse regibus suis: quibus regna deferunt p successionē: & de certa stirpe. Per consequens non potuerunt p̄pria auctoritate superiore & principem suū iudicare: aut ase expellere: quia scriptum est. qui me iudicat dñs est. i. superior. Non. n. inferior iudicat superiorem: vt dictū est. Et hoc est qđ ait grego. facta superiorū a subditis nō sunt iudicanda: etiā si reprehendēda videant. In p̄posito igit. manifestū est: istos Barones sibi vsurpasse istā potestatem: qui nullo superiore cōcedente: aut cōsensum p̄bente: in regē & dñm surrexerunt: & de facto recesserunt. qđ nullo modo eis licuit. subditi enim & vassalli naturalem dominum suū: etiam delinquentem: sine superioris auctoritate ase expellere: & deponere non possunt. vt supra deductum est.

**Q**uinto hec veritas aliis testimoniis iuris diuini pbat. habet n. in libris regum. q̄ decē tribus regni Israel. recesserūt a suo rege roboam: filio Salamonis: & alterum sibi constituerunt. qđ scelera tissimum factum: tam seuerē deus dānauit: & puniuit: vt scriptura dicat: q̄ indignatus est deus oī populo Israel. & demoluit eos: &



dedit in diruptioe. Vnde Beatus Cyprianus in ep̄la ad nouatianū: vt habetur in. c. deniq. vii. q. i. dicit: q̄ in tātum reprobauit deus hanc rebellionem: vt abiiceret eos a facie sua: pro eo q̄ alterum fibimet regem cōstituerunt: & regem suum roboam etiā iniquū: & grauantem populum ase expulerunt.

¶ Sexto probatur predicta veritas alio diuino testimonio. habet n. 3. regū. x. c. q̄ licet Saul a dño reprobatus erat: & Dauid innocens & iussu dei in regem substitutus: quia tamen aliquorū suorū magnatum suafione prescidit ora vestimenti regis: & sic quodā modo regem vituperare & iudicare visus est. Inique. n. egisse in conspectu domini: scriptura sacra cōmemorat: & quāq̄ in eūdem Saulem interficere suafissent plurimi. Dauid tamen facere noluit. Absit inquit vt mittam manum in dominum meum & Christū deum. Ex quo verbo ait Canon. subditi prohibentur dominum suum iudicare: aut iugum ipsius ase expellere. quia subditis obsequendi: non iudicandi incumbit necessitas.

¶ Septimo succedit aliud apertissimum diuinum testimoniū: & exploratissimū exemplum. Nam cum populo Israelitico preesset Moyses: legitime: & iussu superioris summi dei: quia tamen ipsi de populo propria auctoritate aliū sibi principē facere tēptauerūt dicentes: cōstituamus nobis ducē: & reuertamur in egiptū. Indignatus est dñs contra populū dicens. quousq̄ suffero populū istū rebellem: feriam ergo eos pestilētia. Ecce q̄ dānata est audacia subditorū & populorū: qui pprium principem expellūt: & alium sibi constituere: sine auctoritate superioris conantur. Confirmantur supradicta alio testimonio sacre scripture. legitur. n. in li. numeri. q̄ dixit dñs ad Moysen: assume ad te Iosue filiū nun. & impone manus tuas super eum in conspectu totius Synagoge: & dabis claritatem tuā super illum. Super quo verbo ait Ihero. Ordinationē principis tam manifeste vides descriptam: vt expositione non egeat: & subdit nulla igitur populi aclamatio in constituendo principem attendatur: Sed illi gubernatio populi tradebat. quē deus elegerit: & cognitus & approbatus fuerit summo sacerdoti. Tunc itaq̄ per deum eligitur: Quando per Vicarium suum in terris eligitur: non per populi aclamationem. quid. n. est dicere dabis

*Et iniquas visus est*

ei claritatem tuam nisi regiminis approbationem per vnctionem aut legitimam institutionē: Sed nō sine causa addidit tuam: quasi dixerit tuum est: vite mea in terris dare principibus claritatem & approbationem vel reprobationem: per claritatem. n. potentia & magnificētia designatur. Iuxta illud apostoli ad Colo. Primo. secundum potentiam claritatis eius & Io. v. claritē. i. potestatem ab omnibus non accipio & x. vii. c. claritē quam dedisti mihi dedi eis. s. apostolis suis quibus dedit iurisdictionem & potestatē: quia constituit eos princeps super omnem terram.

¶ Octauo q̄ alienū a ratione: q̄ periculosum sit atq̄ perniciosum omni reipu. populū sui natura incōstantem & mobilem libere posse regem suum deponere: & a regno expellere: sacra scriptura demonstrat in pluribus locis. primo sic legitur. exo. xvi. q̄ populus Israeliticus dicebat Moyfi Duci: & pro eo tempore principiorū: cuncta que locutus es nobis faciemus: sed ppter sui mobilitatem non diu in eo proposito perseuerauerunt. Nam paulo post Moyse ipso moram faciente cum domino in descriptione tabernaculi: dicit scriptura. q̄ cōgregatus est populus aduersus Aaron fratrem Moyfi: & dixerunt fac nobis deos qui nos precedant. exo. xxxii. Quinimo in ipso principatu constituendo & destituendo quanta incōstantia & mobilitas sit in populo: scripturam sacram visitantem facile erit videre. Nam cū populus Israeliticus afflictus ab egiptiis audiret a Moyse: q̄ in breui esset liberandus: dicit scriptura q̄ proni adorauerunt Moysen vt eorum principem & ducem: Sed post paucos dies sine causa: immo multiplicatis in eos beneficiis per eundem Moysen: obliui sunt beneficiorum eius: rebellauerunt cōtra eum vt pauloante deductum est. & habet numeri. xiiii. demū cognoscens populus ipse omni mobilitate mobilior: q̄ male egisset: cū pmitteret obedire Moyfi: nihilominus seditio nē postea fecerūt apud chore: & surrexerūt cōtra moysen. Rursus cū Gedeon eorū princeps: qui eos sepe liberauit de manibus inimicorum in tantum q̄ dicerent ei. dominare nostri tu & filii tui. Tamen paulo post cū reliquisset Septuaginta filios: nullū de ipsis in principē assumere voluerūt. Quid dicemus de Dauid. q̄ toties

*populi inconstancia.  
bestia quippe multas  
Capitū. quod ex his  
torijs facile q̄ vno se  
prehendit*



populū liberavit a filisteis & inimicis. tamē satis cito & sine causa  
coniuratio facta est valida cōtra eum: & populus augebatur cum  
absalon Iuvene & inexperto regiminis. vt habatur Tertio regum  
xix. Sed nec populi inconstantia & mobilitas Innota fuit Christo  
redemptori nostro: Nam cum faciat quinq; milibus hominum  
de quinq; panibus & duobus piscibus: populus Christū raperet:  
& vellent cum facere regem non post multos dies voluerunt eum  
capere: dicentes q; signum facis. vt credamus tibi Io. vi. sed quid  
hec recolo: cum innumera sint in diuina scriptura exēpla & testi-  
monia mobilitatis atq; rebellionis & seditionis in nate populis:  
qui faciles sunt ad disseniendum & rebellandum: & seditiones  
faciendum: tāq; auidi & cupidi semper noui principatus. Si. n. po-  
pulus permittet in sua mobilitate omni die: vt ita dixerim prin-  
cipem deponeret & constitueret. Et propterea Canon dicit: q; po-  
pulus docendus est & nō sequendus: Raro. n. & parū pseueranter  
principib<sup>9</sup> suis afficiunt: & cōmuniter queruli sunt principū suorū:  
q; inter cetera contingit propter diuersitatem conditionum singu-  
lorū de populo: & varias cōpassiones: Alii. n. diuites sunt: Alii  
pauperes. diuites si quidem si boni sunt: politiam aristocraticam  
paucorū principantium cupiunt. Si mali oligarchicam: pauperes  
deniq; boni timocraticum regimē multitudinis obtant. Ceteri de-  
mocratia contra diuites amplectuntur. Itaq; secundum eorum di-  
uersitates: ita diuersas dietim cupiunt sibi transmutare policias:  
moribus & affectibus suis correspondentes. secundū philosophū  
in primo politi. & hinc est q; eodem philosopho testante in tertio  
eiusdē politicoꝝ. difficile est simul vnā multitudinē seu populum  
ferri vno iudicio. Et ppter ea dicebat homerus: nō esse bonā incli-  
nationē vnus populi ad vnā dominationē: pro vt etiam habet in  
quarto politicoꝝ. Cui cōcordat: quod scriptū est per sapientē: qd  
vbi nō est gubernator corruet populus. puerb. xi. Et ppter ea dice-  
bat ppheta. q; ppl's est sicut reptilia nō hñs ducē. Ex qb<sup>9</sup> oib<sup>9</sup>: sc̄ti  
doct. p̄moti reprehendūt iudicia ppli: dicūt. n. duplex esse iudiciū  
ppli quorū alterū est iudiciū siue ptās maligne cōspirationis. fm̄ est  
clamorose & tumultuose vociferatiōis. Primū p̄cedit exprauiate

populus sine dūre qd

Seu mobilitate populi: vt dictum est. cuiusmodi fuit iudicium po-  
puli ex malignitate petentis a pilato Christum crucifigi: cū tamen  
diceret Pilatus non inuenio in eum causam. vt habetur. Io. xviii.  
& tale iudicium est repellendum tamq; iniustum & perniciosum:  
& de tali iudicio populi scribit dominus. exo. xxiii. nec in iudicio  
plurimorū acquiesces snie: vt a vero & recto deues. Secundum iu-  
dicium populi. s. tumultuose vociferationis: declinandū est & fu-  
giendum: contra illud fecit roboam filius Salamonis: quia ad cla-  
morem populi processit: ppter qd meruit priuari regno excepto  
tribu iuda. Inde lex humana dicit q; voces populi nō sunt audiē-  
de. C. de penis. l. decurionū: & lacius infra tangemus cū agemus  
de sc̄do defectu. Ex hiis ergo testimoniis & auctoritatibus in diui-  
no & naturali ac poli. & moralib<sup>9</sup> rōnibus fundatis: cōcluditur.  
Baronibus alicuius regni aut populo nō licuisse: regē & principē  
suū deponere: & etiā ex defectu ptās: & coactiue iurisdictionis.  
¶ Tertium genus probationis. Per testimonium iurispositiui pro-  
bat populum nec Barones posse deponere regem naturaliter & ex  
successione regnantem: sed solus Papa.  
¶ Tertium genus probationis attingamus. videlicet ostendere &  
probare testimoniis iuris humani & positiui inualiditatem & nul-  
litatē depositionis a regno predicto ex defectu potestatis & aucto-  
ritatis. Et primo sic. Est. n. vulgatissimum in omni iure ea que fiūt  
a non suo vel non competente iudice: sunt nulla. C. si a non com-  
petenti. Iudi. & .iiii. q. v. per totum. Constat autem Barones non  
esse iudices principis & domini sui. ergo etcetera.  
¶ Secundo fortius est iudicare conditorem legis: q; cōdere leges:  
sed a Baronibus & a particularibus personis alicuius regni non  
possunt leges constitui: vt infra patebit: ergo multominus ipse  
princeps legis conditor potest ab illis iudicari. vnde docto. quos  
sequitur Bal. in. c. canonum statuta de consti. dicit egregie: quod  
populus qui sub rege viuit non potest agere aliquod arduum:  
presertim quod iurisdictionem sapiat sine nutu Regis: quia vt  
dicit lex omne ius & potestatem populus transtulit in principem  
l. tanta. §. si. C. de vete. iuri. enucle.

In re positiuo et iurim  
no est p̄bat



Regna p[ro]p[ri]a s[er]u[ant]ur, s[er]u[ant]ur de  
p[ro]p[ri]a s[er]u[ant]ur  
b[er]o p[er] 21. p[er] 2.

Tertio cōmunis doctrina est iuristarum : q[uod] regna siue prouincie: preferim que non recognoscunt superiorem: & que consueuerūt regi & gubernari per reges de certo genere personarū : ac de certa stirpe: subiiciuntur regibus illius stirpis de iure naturali & gentiū: vt supradictū est in presuppositis, & probat, ff. de iure naturali l. ex hoc iure. & notat dominicus & docto. in. c. fundamenta de elect. li. vi. & in. c. per venerabilē qui filii sunt legitimi. & c. licet de voto. Et si subditi de tali regno occupant tale dominiū contra voluntatem regiam: cōmittunt crimē lesse maiestatis: & dicuntur tyrāni. vt in extrauaganti ad reprimendam : & alia sequenti: que incipit quoniam. & est tex. in. l. discernimus. C. de sacrosanct. que tex. singulariter no. Bal. ad hoc. Iuuat alia predicta theorica iuristarum: que habet: q[uod] reges qui non recognoscunt superiorē: perdere regnum aut illo priuari non possunt: nec a Baronibus: nec a p[ri]ncipibus : siue subditis suis : nec a toto populo expelli: nec iudicari possunt quia vt supradictū est inferior nō iudicat superiorem. vt in p[ro]p[ri]is terminis no. Bal. in. l. predicta ex hoc iure. quia secundū eū vasalli & subditi nō possunt derogare iuri superioris. Et subiicit q[uod] licet de facto expellant: tamen rex non amittit dignitatem: nec regia iura. C. de seruis exportandis. l. moheoz. Quarto Rex nō cognoscens superiorem : solum per Papam vicarium Christi in terris est puniendus: pro vt supra deduximus: cum hāc veritatem probauimus testimoniis iuris diuini. Sed predicta veritas nedum auctoritatibus apertissime probatur. Sed etiam exēplis in corpore iuris insertis. Nam constat q[uod] Innocentius. iiii. deposuit othonem regem Romanorū. Et Inno. iiii. deposuit Fædericum in consilio Lugdunēsi. vt in. c. ad aplice. dere. iudi. li. vi. Taceo de Zacharia qui deposuit regem Francie in dicto. c. alius. Plurimi deniq[ue] alii reges & principes fuerūt per Ro. Pont. correcti & excōmunicati. vt in. c. duo sunt. xvi. di. & c. suscipitis. x. di. Item princeps portugalie fuit punitus & correctus per sedē apostolicā vt in. c. grādi. de supple. neg. prel. li. vi. vt statim tangemus. legimus etiā in cronis: q[uod] Papa Martinus. iiii. deposuit Petrum regem Aragonū: & cōtulit regnū Carolo filio Secūdo regis Francie. Nec legimus q[uod] a multis

Papa punit et depomi  
reges.

in lege  
q[uod] iure

multis seculis aliquis populus p[ro]p[ri]a auctoritate deponeret regem suum naturalem non recognoscentem superiorem sine licentia & assensu Ro. pon. Id. n. omnia iura abhorrent. Vnde Bal. in. l. oēs populi. ff. de iusti. & iure dicit: q[uod] populus non p[otes]t disponere sup magistratu. nisi confirmetur aut concedatur a superiore. allegat aucten. de defensore ciuitatis. §. interim. Ergo multo minus potest disponere: aut statuere: vel iudicare super iurisdictione: aut principatu. quia princeps est maior toto populo qui in eum transtulit omnem potestatem. Nam secūdum eum videmus q[uod] populus non potest minimam iurisdictionem exercere: nisi interueniat principis auctoritas non. n. potest emancipare: que est minor pars iurisdictionis voluntarie. ff. de serui. reipu. l. i. facit q[uod] notat Inno. de consti. c. cum accessissent. dicens q[uod] apud populum iurisdictione nulla residet hodie: nec potest penas imponere cum nullā iurisdictionem habeat: idem tenet ibi compositē. vnde concludit Bal. q[uod] si populus totius marchie: vel alterius p[ro]uincie: aut regni: faceret aliqua: maxime iurisdictionem sapientia: non valeret: nisi cōfirmetur per papam immediatum principem: & subiicit: q[uod] vbiq[ue] agitur de interesse: aut preiudicio principis: populus nihil sine eo validum agere potest. addit etiam idem Bal. ad dictum Inno. dicens populum non posse imponere penas: nec iurisdictionem exercere. q[uod] multo minus potest imponere penā principi: aut magistratui. quia esset iudicare superiorem. Nec obstat q[uod] aliqua iura dicere videntur q[uod] populus potest facere: statuere: & ordinare que ad bonum reipu. pertinent. Constat tamē quia hoc est iurisdictionis. vt. l. cunctos populos. C. de summa trini. Et potest contra p[ri]ncipem seu & populum grauantem procedere: quia dicimus q[uod] Illud intelligitur denunciatiue: nō effectiue: potest. n. populus denunciare crimina regis superiori: Sed non iudicare. vt supra proxime diximus. q[uod] vero dicitur: quia populus habet iurisdictionem & potest donare. l. prohibere. §. plane. ff. q[uod] vi aut clam. dicimus q[uod] illud obtinet: in illis populis qui non habent superiorem: aut superioritatem perscripserunt: vt veneti. vt dicit Bar. in. l. ambitiosa ff. de decre. ab ordi. facti. Nec obstat q[uod] illi magnates & milites

apud populum nulla  
iurisdictione residet

obstat



habebant a tribus statibus liberū arbitrium in omnibus concernē  
tibus bonum regnoꝝ. quia dicimus q̄ vigore talis potestatis non  
poterant mutare regimē regni: aut eius status alterationē. ar. l. au  
fertur. §. actores. ff. de iure fisci. ibi. inconsultis principibus prohi  
beatur. Quod verbum est notādum .fm. Bar. in. l. ambitiosa vt in  
secundo defectu tangetur.

¶ Quinto licet supra dicta sufficere videantur adhuc magis speci  
fice pbatur: populum non posse principē iudicare: aut deponere  
sine apostolice sedis auctoritate: cōmunis est doctrina iuristarum:  
que habet q̄ regna que non recognoscunt superiorē: a solo papa  
iudicantur. vt habetur in legibus predictis: vnde in. l. fi. C. de leg.  
& l. non ambigitur. ff. e. ti. Bal. dicit q̄ rex iniustus & tyrānus nō  
potest a populo degradari: cum populus ipse sit sub papa: ppter  
qd̄ in papa residet hec potestas: & non in aliis. & idem in impera  
tore cum populus ipse non confirmet imperatorem sed papa &  
in. c. predicto venerabilē de elect. nam ad quem pertinet cōfirma  
tio: que est actus iurisdictionalis pertinet degradatio: in dicto. c.  
ad apostolice de re. iud. li. vi. & si deliquat: & grauia sunt delicta:  
interdicitur sibi administratio: & si perseuerat in maximis delictis  
vt diximus: potest papa eum priuare: sed non ipse populus fm.  
formam. c. grandi de supple. neg. prel. li. vi. de quo est ibi singula  
ris glo. ord. & Inno. ibi hoc expresse dicit: quem sequuntur doct.  
in. c. dilecto de iure iurādo: & in terminis pulchre no. archi. in. c.  
alius. xv. q. vi. & Bal. in. c. cū ab ecclesiā de offi. or. Et sic cōiter  
doct. cōcludunt. q̄ sine licētia & assensu pape. Barones & subditi  
regis ppter quodcūq; delictū nō possunt regē expellere: aut depo  
nere. Hanc sniam sequitur speculator in titulo defecudis. ver. fi. di  
cens q̄ rex non hñs superiorem: si nescit patriā in iusticia regere:  
nec illam seruat ad petitionem subditoꝝ papa debet dare coadiu  
torem. c. per venerabilem qui filii sunt. legi. ff. de tuto. & curato.  
datis ab hiis. l. hiis. §. diuus. facit qd̄ no. Inno. in. c. ad apostolice  
de re iudic. q̄ nūq; p̄cipes debēt deponi nisi ex maximis causis:  
& ratio est propter scandalum & periculum contententium & di  
uisiones populi in duas partes. vt inferius diceē in. Tertio defectu.

*in sol. in. c. rē nō licet  
de p̄f. et in. c. s̄ q̄ d̄  
de scriptis*

*Rex nō q̄ debet deponi nisi  
ex maximis causis*

Adde que dicemus statim in Secūdo defectu vbi adducimus alia  
testimonia quibus probatur nec populum: nec Barones posse de  
ponere regem & principem suum.

¶ Quomodo talis rex qui non recognoscit superiorem: non pōt  
deponi: nec puniri a populo: aut Baronibus regni: rōne cuiuscūq;  
legis aut consuetudinis regni.

¶ Rursus attingamus illud qd̄ aliqui obiiciunt ad iustificandum  
depositionem factam per Barones de regno p̄dicto. dicunt. n. q̄  
Barones & optimates siue maiores regni: aut saltem populus ex le  
gibus vel consuetudine illius regni: possunt deponere talem regē:  
qa vt aiunt: maiores debent sequi minores. xxii. di. Constatinus:  
& merito maiores trahunt ad se minores. de consecra. ecclesie. q̄  
in dubiis. Hinc dicit Iob. q̄ boues sequebantur affinas. vbi Greg.  
exponit q̄ populus debet sequi maiores: qui velut affine portant  
onera reipu. & magis sciunt que cōgruant reipu. & multo fortius  
totus populus. Nam & qd̄ fit per populum ad cuius vtilitatē rex  
cōstituit: recte fieri censetur: & vt ait philosophus in Tertio politi.  
si p̄ singulos aliquid fieri pōt studiosum & rectum: multo melius  
& simul omnes. ppter qd̄ vt subiicit idē philosophus melius fit:  
qd̄ multi faciunt: vt ea que musice & poetaz. Vnde populi liberi  
possunt sup̄ hiis que bonum publicū concernunt leges facere. ff.  
de iust. & iure. l. oēs populi. p̄ cuius articuli discussione: p̄supponi  
mus: & repetimus aliqua ex hiis que supraddicta sunt: p̄ que apte  
pbatum est leges aut consuetudinem si q̄ sunt: non posse validare  
p̄cessum & depositionem a Baronibus factam de rege suo. Nihil  
ominus p̄ maiore declaratione huius veritatis: p̄supponimus q̄  
secundum sententiam Aristotelis: & certorum philosophorum:  
& sapientium magnates: & potentiores siue dictiores in aliqua  
repu. Prefertim que rege gubernatur: nisi sint plurimum tempe  
rati: vt plurimum insolentes sunt: & faciles ad seditiones & rebel  
liones. facit tex. xxx. dist. hec scripsimus. xxxvii. dist. nōne. cuius  
causa secundum Aristotelem in. v. politicorum multiplex est.  
Primo quia excedentes alios nobilitate diuitiis & potētia credūt  
excedere illos simpliciter: & ideo reputant se dignos maioribus:

*populus nō p̄t in regē  
rege et p̄terea  
legis aut consuetudinis*

*plures nō debent ad seditiones  
magis parati*



quare cum illa que optant non consequuntur: si ea non recipiunt de bonis comunibus secundum extimationem suam: quā habent de se ipsis: mouent discussiones.

¶ Secunda ratio est quia tales cupiunt vincere suos aduersarios: idque facere non possunt nisi plurimis diuitiis: quare opus est ut diuitias querant: rempu. grauando: & ledendo. que grauamina bonus rex coercere debet. Cum vero potentes ei resistunt: necesse est fiant alterationes & seditiones in regno. & propterea dicebat philosophus in quarto politicorū. q̄ super gressiones. i. excessus diuitum: destruunt policias. Et Rursus idem philosophus ait: q̄ sicut cuiuslibet regni: optima custodia est nullum magnum uirū in regno facere. Ita illa est proxima corruptio alicuius regni. v3. multos magnos & diuites in regno facere. Vnde concludit Arist. in eodem. v. politicorum. q̄ excessus aut excellētia potentie nobilitatis & diuitiarū: sunt principia & cause rebellionum & seditionum in policia. facit. ff. de fide. instru. l. generaliter. xxviii. dist. si vir. Tertia ratio est secundum p̄dictum philosophum: quia diuites aut potentes plerūq̄ sunt elati. & cōtumeliosi: nam cum plurimis bonis abundant. & videant populares sibi exhibere reuerentiam: putant se dignos principari. ut ait philosophus in secūdo rethor. ex quo venit ut facile in principem insurgant: cuius causa est s̄m Aristotelem in eodem secundo Retho. quia reputant se habere id pp̄ qd̄ q̄s efficiē dignus principari: putāt. n. q̄ dignitas p̄cipatus sunt nobilitas potētie & diuitie & v̄ eis q̄ habūdate potētia & diuitiis: est t̄m bonū q̄ quicūq̄ illis bonis affluat: sit dignus p̄cipari: & ideo inq̄eti plerūq̄ sunt: & faciles ad dissensiones in regno. fatemur tamen q̄ secundū eundē philosophū: si tales excedentes nobilitate potentia & diuitiis moderationis temperantie virtute pollent: & tanto facilius a p̄dictis rebellionibus & seditionibus abstinēt. Et tanto sunt regi obedientiores: quanto maiore fide & dilectione principi astringuntur. Et quanto ab illo & suis predecessoribus & a regno maiora receperunt. si tamen p̄dicta virtute minime sunt imbuti: facile insurgunt in principes suos: p̄pter p̄dictas causas. Que omnia testimoniis & exēplis sacre scripture

opressis diuitibus destrucunt policias

q̄ si multos habere multos magnos in regno.

Itiquido p̄bati possunt. Nam scribitur. ii. regum. viii. q̄ magnates <sup>7 magnates</sup> populi Israel. nouissimi erant ad honorandum regem. Preterea scribit̄ iudic. xii. q̄ magnates viri Efraym potētiores in populo rogati aiepte. tunc principe in Israel. ut ei obtemperarēt: & secum venirent ad prelium: noluerunt. quo postea cum victoria redeunt: Quasi eos non vocasset: contra eum surrexerunt. deniq̄ Barones & maiores populi adherentes Absalon: in tantum cōmouerunt populum contra Dauid. regē: ut cōpulsus esset exire de Iherusalē. ¶ Rursus legit̄ numer. xvi. q̄ illa famosa seditio & rebellio chore & sociorū. v3. Abiron & datam principalium congregationis & tribus. leui. & rubem: principaliter facta est contra ducem & principem populi Moysen: quia cum essent maiores & potentiores illarum tribuum: anelabant ad reginē populi: quod patet ex verbis Moysi: qui ait ad eos: multum erigimini filii beni. ex q̄bus manifeste patet q̄ iniqua & iniusta est lex vel consuetudo alicuius regni aut ciuitatis: q̄ Barones & maiores siue potentiores possunt corrigere & deponere regem: cum talis lex vel consuetudo faciat Barones alias p̄mptos ad seditiones: magis promptiores: & paratiores ad insurgendum contra regem. Itaq̄ cum talis lex vel consuetudo videatur inuitare ad delinquendum & rebellādum: & sic dat causam peccandi: per consequens est nulla nec seruanda ut. c. si. de consue. viii. di. frustra. facit. l. decernimus. C. de sacrosanctis ecclesie. Preterea regnum est quodam ius publicum: quod in nullo bonis est insti. de re. diui. §. i. ff. de acqui. re. do. l. quidam. §. nostrum & §. vniuersitatis. Constat autem q̄ Barones & maiores alicuius regni nec legem condendo nec iudicando: possunt de rebus publicis disponere. xc. di. c. legibus iusti. de lega. §. non solū. de Inn. stipu. In principio. Et qui de talibus iuribus publicis conaretur disponere: cōmitteret crimen sacrilegii: & incurreret penā legis Iulie peculatus: qui rempu. vsibus deputatam pro suo arbitrio conatur euertere. l. i. & ii. & l. sacrilegii. capite. §. si. ff. ad legē iul. pecul. Barones igitur vigore cuiuscunq̄ consuetudinis aut legis: non possunt de iure regnandi: qd̄ est ius publicum: se intrōmittere. Rursus ratione p̄dicta alio modo eam inducendo: videt̄

Regnum est ius p̄b. quod in nullo bonis est



apertissime q̄ non possit lege aut consuetudine introduci : q̄ Barones possunt reges alicuius regni deponere : & a regno expellere. esset. n. potius vsurpatio q̄ consuetudo . Nam cum talis lex : aut cōsuetudo permittens Barones posse deponere regem suum : sit de iure ciuili veluti inducta a statuto ciuili : non potest tollere nec alterare nec corrumpere ea que sunt de iure naturali & gentium sicut est regnare naturaliter in aliquo regno . maxime quia sunt iura publica in nullius cōmētio constituta. ff. de iust. & iure l. ex hoc iure . Ex quo patet quia consuetudo aut lex ciuilis non potest inducere ea : per que extinguitur ius naturale : & licet aliquando per ius ciuile moderetur ius naturale : ei in aliquo addendo vel detrahendo : vt. ff. e. ti. l. ius ciuile. non potest tamen in totum illud extinguere. insti. de iure naturali. §. naturalia. extingueret autem si iura regnandi que sunt iura publica : essent in manibus aliquorum Baronum . Presertim emulorum regis . Preterea non valet consuetudo q̄ minor iudicet maiorem : vassallus dominum suum : Nam est irrationabilis. lxxx. ix. dist. ad hoc . per consequens non est perscriptibilis : Presertim quia est onerosa reipu. & inducens seditiones & scandala . & est impeditiua bone obedientie : ad quam subditi tenentur. de consue. c. i. & vltimo. no. Io. And. & docto. in. c. i. de maio. & obedientia. Confirmantur suprascripta. Nam nedum Barones : sed nec populus regni hanc depositionem regis sui facere possent : vt supra deductum est. Adde q̄ omnis iurisdictio est principis : nam populus in principem transtulit omnem potestatem : ergo non remansit in membris : quia in eum fortunas suas transtulit. C. de legi. l. si. ibi. soli imperatori concessum est leges condere . & idem. in. l. ii. de ori. iur. & l. omnes populi. de iusti. & iure. si. n. populus iurisdictio nem principi dedit : ergo perdidit eam vt no. in. l. p̄dicta omnes populi : & Bal. in. l. non ambigitur. Cum igitur a populo remouetur omnis iurisdictio condendi leges : per consequens sublata est ei omnis potestas coercendi : vigore legis a se condite. quia cui remouetur causa remouetur effectus. ff. de transa. l. causa. vnde Inno. in. c. cum accessissent. dicit q̄ penes populum nulla

populus huius trahitur ad In  
ris? ergo p̄ditur quidam  
Sabe bar.

hodie residet iurisdictio. ex hoc inferitur : q̄ si qua lex est aut consuetudo in tali regno : q̄ populus aut Barones possint deponere regem nullius efficacie & valoris est : etiam si facta & inducta sit : rege consentiente : & illud statuente . quia hoc esset subdere potestatem principis legibus : qd̄ est maius imperio . Nec rex facere potest. Nam vt pulchre inquit lex maius imperio est subdere legibus principatum. C. de legi. l. digna vox. si ergo rex ipse hoc statuere non posset : multominus populus aut Barones. Nam quod non potest prima causa que habet influere in secundam : multominus potest secunda . Constat. n. q̄ populus & Barones non faciunt leges : nisi auctoritate principum : merito id quod non potest princeps non potest populus : nec Barones. Sumpto argumento a maiori potentia cause efficientis : & alio argumento ad effectum cause influētis. vt no. in. l. omnes populi supra allegata. deponere. n. a regno vel iuribus regni : adeo est res magni ponderis & altissimi imperii : q̄ secundum Inno. in. c. grandi de supple. negli. prela. lib. vi. reges ex stirpe paterna succedentes : nedum filios sed nec fratres aut attinētes a regno potest priuare : Sed papa debet eum priuare. de voto. c. licet. Multo ergo minus populus aut Barones eundem regem principalem deponere poterit : pro vt lacius diximus in hoc primo defectu huius secunde partis : que ideo repetimus vt ampliora addamus . Preterea ad esse consuetudinis requiruntur aliqui actus vniuersales sufficientes ad inducendam consuetudinem : nec in aliquo conditi. no. in. l. cunctos populos. C. de summa Trinitate . In regno igitur de quo agitur non constat de talibus actibus : & si aliqui referuntur sunt ita antiqui q̄ de eis memoria non existit : & hoc est qd̄ pulchre ait Bal. in. l. de quibus. ff. de iusti. & iure : vbi agens de viribus consuetudinis dicit : q̄ illud tempus qd̄ valde recessit a memoria hominū : non attēditur : nec de tali cōsuetudine curatur . In p̄posito igit si aliq̄ actus priuationis & depositionis alicuius regis antiquo tpe facti : fuerūt in tali regno : nō est de eis certa memoria : & forte. illud fuit in illis primitiuis initiis principatus regis in tali



regno. Adde q̄ non omnia que de facto antiquitus fuerunt gesta inducunt consuetudinem: non. n. ea que Pompeius aut Cefar vel alii principes antiquissimi fecerunt: inducunt consuetudinem. ut no. in dictis iuribus. Ex predictis igitur & hiis que paulo ante in primo defectu diximus apertissime probatur: populum talis regni & lege: minus Barones potuisse facere depositionem predictam. Etiam si constaret de lege & consuetudine p̄dicti illud pmittentis. Vide que statim dicemus in. s. obiiciet forte.

¶ Responsio ad rationes auctoritates & iura que dicere videntur reges posse deponi a populo & Baronibus.

¶ Restat pro complemento probationis huius prime partis: aut primi defectus: respondere quibusdam obiectionibus que fieri possent contra supradicta. Primo non obstat q̄ aliqua iura & auctoritates philosophi: Prefertim in. iii. politicorū dicere videntur: q̄ populus siue cōmunitas bene & recte ordinata potest punire & deponere regem delinquentem cōtra bonum publicum: quorum ratio est talis. Ad bonam cōmunitatem & bene ordinatam pertinet facere illud cuius oppositum esset destructio totius multitudinis: qd̄ esset in non puniendo principem delinquentem: per quod concludunt licitū esse populo bene ordinato: punire & deponere siue expellere regem suum iniquū: & in rempu. delicta cōmittēte. Ad qd̄ dicimus supra habunde esse responsum. Sed particularius soluēdo dicimus. primo: q̄ dicta iura hoc exp̄sse non dicunt: nec Aristoteles. illud asserit: & si aliquas mutationes Regum narrat illas non approbat: Sed narrat sic de facto accidisse. Et cum in tertio politicorum magis videatur expresse dicere: q̄ cōmunitas bene ordinata potest punire principem: loquitur secundū sua tempora: & ante aduentum Christi: In quibus temporibus non erat saltem actu: aliquis verus Monarcha & vicarius dei in terris: qui posset talem regem punire. Itaq; cum deesset superior qui punire posset: ne cōmunitas periret delictis presidētis: poterat talis cōmunitas bene ordinata principem deponere: que ipsi eligerat: & sic illoz esset destitutio quoz electio: & istitutio: Secus post

Solutio ad obiectiones: in populo posu deponere regem. ex parte dicta Aristotelis in ethicis.

Sicutur q̄ co. h̄re populus separaretur imo occideret regem tyranū vi. militat. exempla per loc. comes de m. h. prim. im. q. tyranū.

aduentum Christi: in quo vsq; ad consumationem seculi semper fuit & erit Christi vicarius in terris: qui vice Christi punit & corrigit & deponit potentes de sede.

¶ Secundo dicimus q̄ dicta iura & auctoritates philosophi: loquuntur de cōmunitate bene ordinata. dicitur autem bene ordinata secundum eundem philosophum: cum singuli & presertim optimates illius habent rectam intentionem: & secundum eam operantur ad bonum totius cōmunitatis: nec odio: timore: aut ambitione. vel alia passione vincuntur. Vnde philosophus ibi narrat: q̄ aliqui magni viri calidoniorum multum lesserūt illam rempu. quia inordinate & ex passione mutarunt principatum. planum est autem alienum esse a recta intentione & a cōmuni bono punire aut deponere & expellere principem: etiam delinquentem: cum notabili scandalo cōmunitatis: quia ut supra tactum est: & inferius latius dicetur. longe maius scandalum & damnum regni est deponere regem cum dissidio & discordia: q̄ esset damnum in tollerando eius delicta. & sic cum punitio principis sit permessa p̄ bono cōmuni: militaret contra id bonum. Tertio dicemus: q̄ nec philosophus nec iura illa dicunt: cōmunitatem posse deponere aut punire quemq; regem suum: Sed illum solum quem ipsi elegerunt: & sic loquuntur de rege qui per electionem cōmunitatis instituitur. talis. n. punitur & deponitur per cōmunitatem: que illum principaliter instituit. sicut veneti & Ianuē: qui eligunt sibi ducem: si. n. contra rempu. delinqueret cōmunitas bene ordinata posset eum deponere. Secus de rege qui naturaliter & ex successione: & de certa stirpe regnant. & ista est conclusio eiusdem philosophi secundum Albertum & Viridanum in conclusionibus super politicis. in. iii. politi. xii. q. i.

¶ Secundo nō obstat alia obiectio que maximū dubiū implicat. v3. q̄ iste rex aut princeps de quo agitur: nō recognoscit superiorem in terra sup temporalibus: Sed papā solum in spiritualibus: quare ut dicunt: cum in eisdem temporalibus: eidem Ro. Pontifici non subiiciatur: non potest nec debet in eum iurisdictionem exercere: nec se de persona aut regno intromittere.

Est nō v̄t ambo est res p̄prio. n̄q; habet aucto. de ratione ad m̄ij q̄ uo reges p̄ electioz facti s̄nt h̄ p̄p̄ta q̄ p̄p̄ta. de be m̄at exp̄m̄ nō p̄llit illi p̄ma. d̄. v̄s ad alio. Soluēt v̄t rem̄ v̄t d̄y.



An fit talis p[ro]p[ri]e ex[em]p[ti]o  
q[uo]d nullo casu p[ro]p[ri]e  
p[ri]ncipi aut deponi a papa

**¶** An fit dare aliquem regem Catholicum etiam exemptum: qui aut ex dispositione iuris diuini: aut humani: aut vigore alicuius priuilegii: consuetudinis: aut prescriptionis non possit deponi: aut puniri a Ro. Ponti. & aliquo casu possit esse ab illo exemptus.

**¶** Verum. quia hec prima obiectio presupponit quedam grauissimum articulum: Secundum ea que vidimus nondum plene discussum: licet a magnis viris sepe dubitatum: & a quibusdam perseveranter assertum. Ideo dignum duximus: illum a fundamentis discutere. Est igitur articulus ipse. an aliquis Catholicus rex vel princeps. quicumque ille sit: ex dispositione iuris diuini: aut humani: aut vigore alicuius consuetudinis: prescriptionis: aut priuilegii possit esse exemptus a Ro. Ponti. Ita quod talis princeps in nullo casu temporalis iurisdictioni papae subiiciatur. Nec possit ab eo puniri pena temporalis: nec papa possit aliquo casu de persona regis & regno se intromittere. Pro cuius articuli declaratione: & solutione. Primo breuem distinctionem faciemus. Deinde utranque distinctionis partem plurimis testimoniis iuris diuini & humani roborabimus: & obiectis respondebimus. Dicimus igitur quod dupliciter contingit: aliquem principem fore exemptum in temporalibus a Romano Pontifice. Primo modo ratione delicti temporaliter puniendo. Secundo alias iurisdictionem in regno exercendo. Primo modo dicimus quod quantumcumque rex aliquis sit exemptus: si delinquat in scandalum populi: subiicitur papae: & potest eum reformare: & punire: etiam temporaliter. ut supra multipliciter deductum est: ut statim tangemus. Secundo in iurisdictionem exercendo: ut quia rex vel eius officialis: iurisdictionem regiam exercens: sententias & iudicia proferunt: in meris civilibus & temporalibus. quo casu fatendum est: papam in exercitium talis iurisdictionis non esse eius superiorem: nec ad eum appellabitur: nisi in defectum iusticie: aut regno vacante: & ceteris casibus in iure expressis. Et hoc non propter carentiam iurisdictionis prime: que in eo principaliter & originaliter residet: Sed propter nutriendam pacem & quietem cum principibus. de quo latius in. c. nouit de iudic. & in. c. causamque & c. per venerabile qui fi. sunt. legitimi.

In hoc vno est sequens q[uo]d  
papa q[ui]bus sine scandalo po-  
t[er]it fieri p[ro]p[ri]e se in vestre  
de regno aut regis. nem  
q[uo]d scilicet reges p[ro]uidend[um] con-  
in mala fide m[er]ito. Saberen[se] aut  
p[ro]p[ri]e aut alia talia a p[ro]p[ri]e  
fide regna: et alia m[er]ito. q[uo]d  
nem? que n[on] s[un]t d[omi]ni d[omi]ni  
ner s[un]t p[ro]p[ri]a. q[uo]d p[ro]p[ri]e t[em]p[or]e v[er]o  
s[un]t p[ro]p[ri]e p[ro]p[ri]e. q[uo]d p[ro]p[ri]e  
d[omi]ni d[omi]ni. d[omi]ni d[omi]ni. q[uo]d p[ro]p[ri]e  
p[ro]p[ri]e q[uo]d p[ro]p[ri]e p[ro]p[ri]e. q[uo]d p[ro]p[ri]e  
p[ro]p[ri]e q[uo]d p[ro]p[ri]e p[ro]p[ri]e. q[uo]d p[ro]p[ri]e

Et hoc secundo modo fatenda & intelligenda est predicta obiectio: Secus primo modo: si rex vel princeps: quantumcumque exemptus delinquat: quia tunc a papa est etiam temporaliter puniendus: & si expedit deponendus: quod multipliciter probatur. Primo quia alias delicta tanto magis manerent impunita: Quanto nullus est in terris: qui regem talem corrigere posset: essetque maior liberiorque peccandi licentia: neque ab aliquo mortalium refrenabilis: quod tanto periculosius foret: quanto maior est eiusdem regis potentia. Nam ut inquit ysidorus de summo bono. difficile est principem ad melius egredi: si vitiis fuerit implicatus: Et subdit populi. n. peccantem iudicem metuunt: reges autem nisi solo timore dei coercentur libere in preceps prorumpunt: & per abruptum licentie: in omne facinus labunt: Idque facilius agerent: nisi in terra aliquem haberent: qui vice & loco dei eum punire posset. Quia s[ecundum] m. Aug. periret ipsa iusticia si deesset qui iusticiam faceret. facit. c. ut fame de snia excō. ff. ad. l. aq. l. ita vulneratus. Concluditur ergo fore necessarium ut talis rex vel princeps: quantumcumque se dicat liberum: & exemptum. tamen si delinquat: habet papam superiorem. dicimus tamen quod propter hoc non videtur talis rex recognoscere regnum a papa. Ergo erit papa superior: cum rex delinquit: aut per viam renunciationis: vel negligentie in faciendo iusticiam: ut no. Ange. in. l. bene a Zenone. de quadriennia prescrip. & eodem modo papa se intromittet propter defectum iusticie. Immo plus dicimus: quia vacantibus regnis & principatibus: non solum de plenitudine potestatis: sed iure communi: papa succedit: & potest se intromittere circa p[ro]uisionem regni: quia isti casus sunt commissi iudicio sedis apostolice: & videtur talis casus cadere sub denegatione: aut neglectus iusticie. s[ecundum] m. doct. quos sequitur. Io. de Imola: & Moderni: in dicto. c. licet ex suscepto. de foro compe. vbi hoc notabiliter dicit Hosti. & post eum predictus Io. de Imol. Verumtamen Antonius de butrio in eodem. c. dicit verum esse: papam posse se intromittere: & succedere. v. 3. in regnis non recognoscentibus de iure vel de facto superiorem Secularem: & hoc apertissime probat per testimonia iuris diuini & sacre scripture: ut statim tangemus in hoc articulo in. s. obiciet forte. Si. n. aliqui

hec ratio et videtur  
fuerit ad p[ro]p[ri]e in papa  
in consilio p[ro]p[ri]e p[ro]p[ri]e  
vltima g[ra]m.

in negligentia regis papa  
fuerit ius. v. c. h[ab]it  
modo m[er]ito in regna.  
capite de ecc[lesi]a. p[ro]p[ri]e. 2. 6.

q[uo]d vacante regno papa  
sedat et p[ro]p[ri]e p[ro]p[ri]e  
de regno. quod omni  
v[er]o. q[uo]d p[ro]p[ri]e q[uo]d videtur  
m[er]ito. vacante regno p[ro]p[ri]e d[omi]ni  
h[ab]it. q[uo]d p[ro]p[ri]e p[ro]p[ri]e  
v[er]o. q[uo]d p[ro]p[ri]e p[ro]p[ri]e  
v[er]o. q[uo]d p[ro]p[ri]e p[ro]p[ri]e  
v[er]o. q[uo]d p[ro]p[ri]e p[ro]p[ri]e  
v[er]o. q[uo]d p[ro]p[ri]e p[ro]p[ri]e  
v[er]o. q[uo]d p[ro]p[ri]e p[ro]p[ri]e

in hoc articulo  
p[ro]p[ri]e p[ro]p[ri]e  
p[ro]p[ri]e p[ro]p[ri]e



reges deberent esse exempti: forent reges Francie & Hispanie: qui nullum recognoscunt superiorem in tēporalibus: vt supra in fine prime partis ostēdimus. Constat tñ eosdem reges tpaliter punitos esse a sumis pontificibus: vt ait Canon. de Zacharia: q nō solū pp delicta: sed ppter dissidiā deposuit regē Frācie: vt dicto. c. ali°. xv. q. vi. qui tex. cauillari nō pōt: nec recipit illas insulas expositiones: quas aliqui litterā corrūpentes faciunt: dum exponūt. deposuit. i. deponētibus cōsensit. Alii vero exponunt. i. deponere volentibus cōsuluit. vtraq; tñ expositio vim facit littere: & veritati: dum actū realis & actualis depositionis trahit ad consensum: vel consilium. Presertim quia tex. ille dicit ad litteram: q papa Zacharias deposuit regem Francie: & subiicit q omnes francigenas a iuramento fidelitatis absoluit. Constat. n. q ista absolutio dependet ab actu depositionis. in. c. ad apostolice. de re iud. li. vi. Non. n. se compatiuntur assentire depositioni facte: aut fiende per Barones: aut de ea consilium dare: & absoluere a iuramēto fidelitatis. Itaq; necessaria littera vt sonat intelligenda est: & non de consilio. Non. n. erat expediens pro consilio habendo adire papā: in tam remotis partibus agentem. Presertim cum eo tēpore: apud parisijs erant famosissimi & doctissimi viri: qui consuli poterant. Preterea dato q predite expositiones sint vere: & q papa Zacharias solum dedit cōsensum: ad huc rex Francie non effugiet iurisdictionē. Ro. Pont. in temporalibus: qui. n. prestat consensum auctorizabilem in punitionem alicuius: iurisdictionem & dominium habere videt. Et hinc est q vbi consensus alicuius requiritur: per hoc probat apud eum esse & residere ius principale. no. in. l. lex q tutores. C. de adm. tuto. Et ex hoc insurgit q consentiens videtur donare & presupponit dominiū & iurisdictionē. vt. c. pastoralis. de donat. & ibi no. vnde in sacra scriptura habet: q consensus principis in actu: ex potestate dependenti: censetur actus iurisdictionis. Nam habetur. primo Macha. xi. q rex demetrius consensit Ionathe: circa remissionē tributi & grauaminis gētis Iudeorū: qui cōsensu fuit actus iurisdictionis: quia visus est Iudeos absoluere & liberare a tributis. Immo plerūq; consentire in aliquo actu est iudicare de illo. Vnde

intellectus ad rōm. aliq.  
xv. q. vi.

Ius presertim consensus  
ponit & p. de i. p. p. n. p. n.

illo. Vnde habetur. Mathe. xviii. c. vbi cūq; fuerint duo vel tres congregati in nomine meo: ibi ego sum in medio eorum: & de quacūq; re consenserint fiet eis: ibi. n. consenserint: sūmitur. i. iudicauerint. Ex qua auctoritate generalia concilia sumunt iudicandi auctoritatem. Rursus. posito q verum sit: Zachariam papam nō deposuisse regē Francie: Sed Baronibus & populis suis deponere volētibus consensum prestitisse. Dicimus q hoc solum probat apertissime intentum. v3. reges Francie aliquem imo aliquos & multos habere & recognoscere in superiores. v3. Barones & populos suos. Quod repugnat positioni & cōclusioni illoꝝ: qui dicūt regem Francie & aliquos reges nullum in terris etiam. Ro. Pont. recognoscere temporaliter in superiorem. Qui. n. nullum iudicē habet in terris: planum est plures iudices eum iudicare non posse xvi. q. i. presbyteros. Negata. n. singularitate per verbū collectiuū & vniuersale: negata cēsentur pluralia. ff. de lega. i. l. si ita sit relictū & l. si pluribus. Cum itaq; vt supra tactum est. cōstat Barones & populos ex defectu potestatis coactiue: quā vassalli non habent in dominum suum: nō posse principem suū iudicare: nec deponere. Sequitur necessario q pdictus Zacharias papa: principaliter atq; iuste potuit predictū regē Frācie deponere tāq; superior in tpalib⁹. ¶ Secundo hoc ipsum: alia inuincibili rōne ostenditur. Nam eo ipso q talis rex vel princeps: priuilegio aut exēptione: non recognoscit in tēporalibus superiorem: illud est potissima causa: quare si deliquit de necessitate debeat subesse correctioni Ro. Pont. etiā in tēporalibus. Nam in hac mūdiali policia: & p̄sertim in populo Christiano: nullus debet esse acephalos & sine capite: & superiorem acephalos autē reprobatus & dānatus est ab omni iure. xc. iii. dist. nulla rōne. & in. c. constitutus de reli. domi. non. n. esset mundo bene prouisum: si aliqui essent taliter exēpti: q a nullo mortalium in terris possent coherceri: & puniri. cum tamen deus omnia fecit fecūdum ordinem. Est autem de rōne ordinis politici: vt quādiu in hoc mundo manemus: alter alteri subiiciatur. Vnde apostolus: dum mūdus iste durabit: hoīes pressunt hominibus: Et angeli angelis. Et Grego. non posset hec hoīum vniuersitas cōsistere: nisi

acephalus. nullus eō de  
bet. quod est rōne q cōsistit  
p̄ papas.

ex his et alijs cōsistit  
directiua p̄ mūdum



eam differentie ordo seruaretur: ad exemplum celestis militie: quia sunt angeli, & archangeli: principatus: & dominationes. nec sunt equales: Sed oēs sub potestate, nec aliquis se adeo exemptū dicit. habetur in. c. ad hec. lxxxix. di. & c. qui se scit. ii. q. i. Constat autē fm Ber. in celesti gerarchia nullum principatum negare: deū esse suum superiorem. sic ergo in hac humana policia: dicēdū est que ad exemplum celestis gerarchie dirigenda & regulāda est: secūdū illud Exo. xxv. quia precepit deus Moyfi: q̄ oīa humana faceret fm. exēplum sibi in monte monstratum. Ex quo patet q̄ nullus rex aut princeps potest esse exēptus a Xpi vicario: qui est sūmitas & caput in hac mundiali gerarchia oīum principantiū. nec est faciēda differētia: q̄ sit magnus & potens rex aut princeps: q̄a lege diuina: eidem Christi vicario dictum est: Ita magnū iudicabis vt paruum: nec erit apud te exceptio personarū. Congruit ergo vicario summi dei super quolibet graui crimine: principem reuocare de vitio ad virtutem: p̄sertim cum contra quietem: & trāquilatē: & bonum reipu. delinquit in predicto. c. nouit.

¶ Tertio si talis rex aut princeps dicit se ex priuilegio exemptū: ostendat tale priuilegium: quia qui priuilegiū allegat: illud ostendere & pbare tenetur de priuile. c. i. nam qd̄ priuilegio vendicat si non ostenditur vsurpatur. viii. di. frustra. & c. di. contra morem & c. ii. aut ergo p̄dictum priuilegium erit a lege diuina & de hoc non constat: aut viua voce dei: & hoc non est admissibile. Quia scriptū est: non est conuersatio hoīum cum diis. Daniel. ii. si vero priuilegiū exēptionis est a Ro. Pont. dicendū est q̄ nō potuit ase eximere: quia per hoc derogaret vniuersali dominio: & supreme iurisdictioni sibi super cunctos mortales a Xpo tradite. secūdum veram sententiā doctōr. & si de facto papa concederet priuilegiū alicui regi: ne sibi subiiciatur: esset nullum. nec etiam valeret consuetudo: nec perscriptio super hoc. vt infra dicemus. tex. & glo. in c. cum instantia. de censibus. ibi cum dicitur cum in talibus perscriptio sibi locum non vendicat. ex quo tex. no. Io. An. & docto. q̄ papa non potest aliquem priuilegiare contra se aut ase eximere. facit. l. cōperit. C. de perscrip. xxx. annoꝝ. l. Iubemus. C. de sacro

qui mittit priuilegio, tene  
ostendere priuilegiū

papa nō potest aliquem priuilegiare  
se aut ase eximere  
te, idē in principe

sanctis eccle. ibi nec si celeste preferatur oraculū siue annotatio aut pragmatica: nullus excusari valeat: & ibi no. Bal. & doct. q̄ priuilegium contra principem siue rempu. est ipso iure nullum. Nam si papa a se ipso aliquem eximeret: aut tale priuilegiū concederet: daret causam vt talis priuilegiatus non habeat sedem apostolicam in superiorem. contra quos dicunt Canones quia qui non habet papam in superiorem suum: non habet Xpm pro capite. xi. dist. nolite. xii. di. quis nesciat. i. q. i. in ecclesia. xxiiii. q. i. quicq̄. satis n. esset Infans qui deum in suum superiorem non habeat. vnde Aug. in. xix. de Ciui. dei: qui se ipsum auferetur dominanti deo: a quo factus est: atq̄ a dominio ecclesie se subtrahit: Iniustus est. Ex quibus aperte colligitur: Ro. Pon. non posse aliquem principem ase eximere. Roborantur p̄dicta: quia fm sententiam doctorum theologorum: quos sequitur Henricus in tractatu de ecclesiastica potestate: papa per legem vel priuilegium non potest restringere papalem potestatem: cuius ratio est: quia nullus papa potest facere: q̄ ipse habeat minorem potestatem: q̄ sibi fuit a Xpo collata: q̄ plenissimā sibi cōmissit iurisdictionē tam spirituale q̄ tēporalem: que sibi coniuncta est & vtriusq̄ apicem tenet. hoc eodem Xpo disponēte: qui est sacerdos: & Rex in eternum secundum ordinem melchisedech. Rex regum & dñs dominantium: cuius potestas a nullo potest auferri: nec minui. Secundū Tho. 2. scripto sent. dist. xl. iiii. in expositione littere in fine. solus ergo ipse Xpi vicarius in terris non recognoscit superiorē qui cunctos iudicans: a solo deo iudicatur. in. c. cuncta per mundum. c. per principalem. ix. q. iiii. ¶ Quarto. si talis princeps delinquēdo nō recognosceret in tpali bus papā in superiorē: tunc ostenderet se non esse de ouibus Xpi: nec de ouili ecclesie. Item fateretur Xpm non esse super oēs principes terre: nec eius vicarius in terra. contra id qd̄ habetur. Primo paralipo. xxix. & habetur. in. c. per venerabilem qui fili. sunt legitimi: vbi tradit: papā esse caput oīum principum. Nam loco eius cuius est vicarius: deponit potētes de sede: & euertit sedes: & regna potētum: & coram eo curuātur oēs qui portant orbē. vt ait Iob. adde tu qui sunt exempti: quibusuis aliis iurisdictionibus eo ipso

papa nō potest facere q̄ ex  
liber. in. nō potest potestatem  
q̄ sibi fuit a xpo tradita  
ut se ostendat in hoc qui  
a deo reuocatus est, inde dicit  
q̄ suprema potestas est  
sacerdotis & regis que nō est  
in manu nō principis habet  
m̄l. p̄hibita & plane a xpo  
vt aut. iam.







arg. qd alius rex potest oī mo  
 dy. exēptio hō papaz  
 argm. rere, qd postea dar  
 respōsio, et nō est qm est  
 mltā consuetudo, nec se  
 nō da alq. passō.

nō dicit ep̄ ego sum consuetudo  
 dō qd ego sum vā fr̄ qm  
 dicit mōra, nō oīa que gna  
 rā sum̄ m̄trodūta s̄ra  
 bene s̄ra dēq̄ m̄ nomap̄i s̄m  
 dicit qd cōm̄tudo (cui nō  
 respōdit, s̄ra n̄ respōdit s̄m  
 August.

etiam a regno deponere: & arguet mediis sequentibus. Primo quia  
 quod potest fieri & introduci consuetudine siue lege: potest fieri & con  
 cedi ex privilegio: & per papam, quia fortior est viua lex quam mortua.  
 Sed constat quod ex consuetudine longa: que pro lege seruat. ut sunt  
 vulgata iura: rex Francie a nullo recognoscit temporalia: nec etiam  
 a papa. Ergo per privilegium pape potest illud concedi. Item quia  
 quilibet potest iuri suo cedere: potest ergo papa tali iuri superiori  
 tatis sibi pertinenti cedere. Sed respondemus ad predicta. Primo quia  
 & satisfactum est hiis rationibus per distinctionem: & cetera que supra  
 dicta sunt. Sed specialius rationes tangendo dicimus: quod consuetudo  
 si talis est: non obstat. Primo quia est diuino iuri contraria: & potius  
 est corruptela: quam consuetudo. ut statim dicemus. Est etiam contra  
 veritatem catholicam: qua omnes fideles, subiiciunt Romano Pontifici.  
 Nam ut Aug. ait. & habet in. c. qui contenta, viii. di. non. n. dixit  
 Xps. ego sum consuetudo. Sed dixit: ego sum veritas. Et Cypria  
 nus, consuetudo sine veritate & iusticia: vetustas erroris est. Et hinc  
 Aug. de doctrina Christiana. debet iusticia & veritas corrigere  
 prauam consuetudinem. & insoliloquis. consuetudo, vitiū in naturam  
 couertit. Ideo spernenda est: ne couertat. & iterum Aug. in. vii. con  
 fessionum. trahit animus plerumque praua consuetudine: eo periculo  
 sius quo in eam volens illabitur. propterea consuetudo dicitur irratio  
 nabilis: & per consequens nullius efficacit: que est contra morem  
 fidelium. est autem contra generale morem & legem catholicam: quod  
 aliquis sit fidelis nec subiiciat vicario dei: capiti omnium fidelium. in  
 c. contra morem. c. dist. vbi habetur quod ea que vendicantur irrationa  
 bili consuetudine: usurpata censentur. Preterea valde irrationabile  
 est: quod aliquis princeps sit acephalos: & non subiiciat in temporalibus  
 alicui superiori. Vnde Aug. in libro de vnico Baptismo: & habet  
 in. c. frustra, viii. di. que ratione vincunt: nulla consuetudine roborari  
 possunt. quasi consuetudo maior sit veritate: & iusticia. Preterea  
 notissimum est quia non valet consuetudo per quam status eccle. Ro.  
 perturbatur. xii. di. vos que & c. oia. & de consuetudine. ad nostram.  
 Nam magis est nutrix vitiōrum quam consuetudo. obuiat discipline &  
 correctioni. de consue. cum inter. Et propterea dicit sanctus Tho. ii.

ii. q. xvii. articulo, vii. q. consuetudo est iniqua & irrationabilis:  
 que est contra eccle. Ro. libertatem: vel privilegium. vel est contra su  
 periores obedientiam: & peccant mortaliter: ea videntes & heredes  
 illoꝝ: nisi illa destruant, esset. n. derogare iuri superioris: & corre  
 ctioni & discipline: si aliquis rex non posset in temporalibus puniri. ut  
 statim dicit. Rursus nulla consuetudo potest derogare precepto: quod est  
 de necessitate salutis. ut est quod omnis fidelis Ro. Pont. subiiciatur. Ex  
 quibus constat nullo modo consuetudine posse introduci: quod talis  
 rex sit exceptus in temporalibus a summo Pont. & per consequens nec  
 talis exceptio potest concedi per privilegium pape. Adde alias rationes &  
 auctoritates efficacissimas: que hoc apertissime probant. Prima quod  
 nullus rex catholicus potest se subtrahere & fugere a potestate &  
 iurisdictione summi Pontificis: quia est illius vicarius cuius est ori  
 ginaliter & principaliter omne imperium: & omnis principatus. Nam  
 ut habet in li. regum. hoc ipsum rex Dauid confitebatur inquit:  
 in manu tua domine virtus & potentia. in manu tua magnitudo & im  
 perium omnium: tu dominaris omnium: & tua sunt omnia. Sed expressius  
 testimonio & auctoritate valde notabili sacre scripture ostendit:  
 nullum regum posse fugere a potestate summi Pont. habetur. n.  
 Tertio regum. xix. quod deus dixit Helie prophete: vade & unge Achael  
 regem super Siriam. Elyseum autem unges in prophetam pro te: &  
 quicumque fugerit gladium Achael interficiet eum Elyseus propheta. Ex  
 qua eleganti auctoritate: duo verissima & singularia documenta  
 eliciuntur. Primum quod ad summum sacerdotem pertinet executio  
 temporalium: quando reges non possunt aut nolunt: vel negligunt  
 punire & exequi. Secundum quod principes delinquentes licet fugiant  
 a potestate & iurisdictione alicuius regis: aut imperatoris: vel talis  
 non habeat superiorem: qui talem principem puniat. tamen non effu  
 giet gladium & potestatem summi Pont. ad quem etiam pertinet  
 prouisio regnoꝝ vacantium. ut supra diximus in principio istius  
 articuli in prima ratione. & non. in. c. licet ex suscepto de foro compe.  
 Predicta confirmant quia sicut dicit apostolus. ii. ad Thimo. 2.  
 deus fidelis est: nec potest se ipsum negare. manifestum est. n. aut: quia  
 se ipsum negaret si aliquos reges a sua suprema iurisdictione &

huc hō in auct. luy / m̄ḡd̄  
 nonis, qd papa regibz reges  
 papa subiecta tenent. Sed  
 in nonis.



potestati spirituali vel etiã tpali eximeret, quin eos punire possit. si grauer delinquerent. quia tunc negaret se esse dñm: & habere plenam iurisdictionem: nedum in spiritualibus. Sed in temporalibus. Item cum papa sit verus vicarius Christi in terris: cui vt Canon. ait Xps ipse celestis simul & terreni iperii iura cõmissit. vt in. c. oēs. xxii. di. si aliquos in tpalibus eximeret negaret se esse Xpi vicariũ: & talis negatio tenderet ad errorẽ Manicheorũ ponentiũ ab vno principio esse spiritualia: ab alio tpalia. ex quo sequit̃ q̃ papa talem exemptionẽ facere nõ põt: nec quouismodo debet eam tollere. & si p tali veritate persecutionẽ pateret: esset verissimus Xpi martir: quia iurisdictionẽ Xpi tueret: in cuius dictione vt scriptura testat̃ cuncta sunt posita. Nec. est tollerãda talis asserta exẽptio: quocũq; titulo vel cõsuetudine p̃tendatur: ex illo p̃sertim respectu. v3. ne dicaĩ & obiiciatur pape & eccle. Ro. q̃ fit ppter istorũ tpalium cupiditatẽ: quia alia fortiori causa nõ est tollerãda: imo dãnanda. s. ppter testificandã ipsius dei & vicarii Ihesu Xpi vniuersalẽ ptãtem: que ratio pponderat p̃sumptioni cupiditatis: alias. n. eccle. & plati eadem rone dimitteret̃ tueri iura tpalia ecclesiarum suarũ: q̃ si dicit̃ speciale esse in regibus ppter sui excellentiã viderant q̃ talia fundamẽta faciũt qđ scribit̃. hiere. xx. viii. rex & regnũ qđ non seruiet tibi peribit in gladio & fame: ac peste visitabo illud. & iterũ attendãt ad id qđ sacra scriptura cõmemorat. Rursus cõsiderent q̃ ppter hmõi vsurpationes quas aliquĩ imperatores tẽptare contra p̃heminentiã sedis apostolice cõsueuerũt: sancti doct. & expositores sacre scripture dicunt: de imperio verificatũ esse illud apocha. xx. c. vidi angelũ descendente habentem clauẽ in manu sua: & apprehendit draconẽ serpentẽ antiquũ: qui & diabolus & sathanas dicit̃: & ligauit eum etcetera. Nam per hec tria noĩa. v3. draconem: sathanã: & diabolũ: imperiũ intelligunt: & exponũt: sathanas. n. interpretat̃ cõtrarius vel aduersarius. Ro. autem imperiũ p maiori parte semp fuit contrariũ & obuiũ fidei catholice. Primo quidẽ absorbendo crudeliter & euidenter sicut draco tpe imperatorũ paganorũ: qbus plurimi sancti sunt martirizati: deinde vero admodũ serpentis per venenum erroris tempore

in p̃sumptis dicit̃ q̃ tenet̃  
papa nō excedit tunc  
gladiũ. Cui vñ sũt oēs  
a deo opt. Mo. q̃ dicit̃ de  
ponere et papales et regales  
iuris?

ambrosius q̃ dicit̃ q̃ p̃  
pes aliqđ attendat̃ q̃  
apostolice.

p dicit̃ sathanã et diabolũ  
q̃ dicit̃ q̃ in t̃pore imperorũ  
aliquĩ

imperatorũ hereticorũ: & deinde admodũ diaboli duos bolos face re cupientis: tpe illoꝝ imperatorũ: qui non contenti iurisdictione & auctõritate imperiali: que solum quoad administrationẽ & executionẽ ministerialiter ad tẽporalia se extendit: tamen vsurpatiuẽ sibi auctõritatẽ sacerdotale: & papalem p baculum: & anulum: & inuestituras: dignitates ecclesiasticas conferendo: & primariã ac imediatam iurisdictionem Ro. ecclesie sibi applicando: & in pluribus aliis iuri eccle. derogando: in tantum vt quẽadmodum habetur in cronica Martini & aliis approbatis annalibus: imperatores vt quodam iure imperiali utebantur p̃dictis inuestituris & vsurpationibus: & cũ paschalis papa restitisset: imperator Ludouicus apud gradus ecclesie Sancti Petri eũdem papã & Cardinales ac totam curiam captiuauit. deinde papa Calixtus diuina potẽtia eũdem imperatorẽ adeo ligauit & domuit: q̃ liberas dimisit oēs oppressiones & vsurpationes. & ideo dicit Io. euange. q̃ vidit angelum descendente: qui fuit papa Calixtus. ii. qui ligauit & clausit & consignauit p̃dictum imperium: auctõritatẽ illam cõprimendo & auferendo: & inter alios expositores & postilatores: sic exponit Petrus aureolis sup apocha: De Nabuchdonosor legit̃ qui a regno depositus est: & iter bestias cõnumeratus: cuius causa p̃cipua fuit quia non recognoscebat deum esse vniuersalẽ dñm. Quod aut̃ dicitur q̃ potest papa iuri suo renunciare: habet verũ si est in eius solum fauorem introductum: secus si est introductũ in fauorem publicũ: & ad ecclesie dei vtilitatẽ: & testificationẽ vniuersalis potestatis diuine. vnde tali iuri papa non potest renunciare. Secundum cõmunem doctrinam iuristarum. q̃ si semper instatur. q̃a quicquid aut de iure aut de facto sit: tamen verum est aliquem principem fore exemptum: qui non recognoscit papam in temporalibus. Dicendum est secundum Aristo. quia que de facto fiunt: non considerantur a studiosis. Immo cũ sint cõtra oĩa diuina & humana iura: debent accerrime reuocari. vnde puto q̃ papa peccat si talia scit & tollat: cum sint in detrimentũ & lesionem iurisdictionis vniuersalis sibi a Xpo cõmissæ. quam minuere non debet: vt dictũ est. Sed vltra p̃dicta dicimus q̃ si talis rex vel

que de facto fiunt non considerantur a studiosis



princeps dicitur exemptus: alio sensu quā multi putant saluari: & intelligi potest. v3. vt dicatur exemptus & quod non recognoscit papā superiorem in temporalibus: quo ad temporalium administrationem. secus quoad temporalium iurisdictionem: vt supradictum est. Temporalium administratio propter vicarii Christi dignitatem exercetur: mediatis regibus: sic vt deus temporalium administrationem exercet: mediatis creaturis. Iurisdictionem tamen omnium suam esse fatetur. Ideo scriptum est: mee sunt iusticie: meum imperium. vt supra deductum est: & dicetur inferius in secundo defectu.

**¶** An si papa requisitus vt corrigat regem delinquentem: non corrigit: aut differt: vel tacet: populus aut Barones possint deponere.

**¶** Tertio transeamus ad ea que obiici possunt per Barones & populum. Poterunt. n. dicere: quia dato quod ad Ro. Pont. expectet punitio talis regis exempti delinquentis: tamen si requisitus negligit punire: poterit populus & vniuersitas regni prouidere. Satisfactum est ergo iuri & rationi si sedes apostolica consulta est: & ei notificata sunt delicta talis regis: qui si noluit aut distulit prouidere tacendo: videtur eis dedisse assensum & licentiam regem deponendi cetera. Nam dicimus fragile esse hoc fundamentum quod deducitur. s. Primo, quia oportet quod constet sedem apostolicam esse consultam nec non legitime requisitam: & ad illum finem & non ad alium finem emendationis. Item oportebat consules & requirentes spectare responsum. Sed dato quod debitis forma & modo sedes apostolica fuisset requisita: dicimus quod sola intimatio & requisitio sine alia certificatione non sufficit: vt illi in negligentia sedis apostolice potuissent: aut possent procedere ad grauissimum actum priuationis Regni. Nam regula est vulgatissima in iure: quod vbi alicuius requiritur assensus: si non interuenit: actus est nullus in. c. obeuntibus & ibi no. lxxiii. di. imo quod plus est Inno. Host. & Abb. in. c. cum consuetudinis. de consuetudine. dicunt quod quando petitur consensus ad faciendum vel statuendum ea que pertinent ad superiorē: tunc necesse est habere expressum consensum: & multo fortius in casibus in quibus requiritur auctoritas. Nam tunc secundum doct. in dicto. c. non sufficit etiam expressus consensus. In actu vero depositionis regis non recognoscens

*an papa nec hie erit, nisi  
populus deponere regem*

superiorē: requirebat nedum assensus: Sed & auctoritas. Ro. eccle. ad quam pertinet punitio talis regis.

**¶** Quarto non obstat: quod Ro. Pont. consultus taceat. quia vt vulgatum est In omni iure: ibi agitur de preiudicio aut damno vel vituperio alicuius: Numquam eius scientia & taciturnitas habet pro consensu. ff. de furt. l. qui vas. §. vetare. Vbi ait tex. quod vetare intelligitur qui non expresse consentit. no. Io. An. in. c. qui tacet. de regulis iuris. li. vi. & Inno. i. c. i. in genesi de elect. & Dinus in regula. is qui tacet. vbi glo. dicit quod prelati qui tacet pro scandalum vitandum: non videtur consentire. Prefertim quia vt dixi: requirebatur expressus assensus: quo casu non sufficit tacitus. vt habet glo. predicta. Nam lex vel constitutio loquens de assensu vel licentia: intelligitur de expressa. in. c. ois. iuncto. c. placuit de peni. di. vi. lxxi. di. si quis. & ff. sol. mar. l. ii. §. voluntate. Nec sufficit petere licentiam aut assensum: nisi sit obiecta. vt. l. i. §. si plures de exercitoria. & est singulare dictum zezze. in cle. religiosus de pecu. faciunt. no. in. c. licet. de regula. & c. de clerico. egro. li. vi. in glo. Confirmant predicta: quoniam dato quod requiratur preceptum: oportet tamen expectare responsum. est. n. res magni ponderis & dirigenda cum consilio sacri collegii & cum tempore. Constat autem quod qui aliquid consulit aut requirit: debet spectare responsum: etiam si differat. alias est nullum quod deinceps temptat. tex. in aperto: in. c. cum in veteri de elect. Ibi si requisitus fuerit. Non tamen expectatum responsum. Et sequitur: ideo tam inualidum: quod factum est: & irritamus. Et iterum in eodem tex. pro eo quod differentes dare responsum etcetera. Quinimmo secundum Abba. & docto. in dicto. c. qui consulunt & requirunt: debent competenti & congruo tempore expectare responsum: & dicitur competens tempus secundum. Io. Andre. Abba. & docto. considerata arduitate negocii. Non enim debet precipitare & animose respondere. ar. l. quod dicimus & l. tantum ff. de offi. dele. Viso igitur primo defectu auctoritatis & potestatis. superest deducere secundum defectum. videlicet forme substantialis requirite in tali expulsionem & depositionem a regno.







interlo. oium iudi. l. platā. & l. ea que statuuntur. C. quomodo & quō. iudex. ii. q. vii. diffinitiva. cum infinitis aliis iuribus. Restat igitur deducere & pbare etiam eisdem testimoniis iuris positivi: si constat non seruata formam in tali depositione requisitam: fore nullam. Ex quo clarius insurget pfata inualiditas & nullitas: Dicimus igitur p ea que supra tacta sunt: q̄ populus nec Barones non potuerunt hmōi depositionē facere: sed tamen dato sine p̄iudicio veritatis q̄ totus populus aut magnates & milites hoc possent: sine alicuius auctoritate superiorē: qđ dicere absurdum est. Interuenit tamē defectus forme substantialis in actu p̄dicto multipliciter: pro cuius deductione est p̄supponendum: q̄ populus est nomen collectiuū iuris & in iure firmatū. Vnde fm. Aug. in. xix. de Ciui. dei. populus est humane multitudinis cetus iuris cōsensu & concordia ordine sociatus: vbi ergo deficit ordo aut cōsensu iuris: non est ius nec iusticia: & per consequens non est licitus cetus: quia nō est iusticia sociatus. secundū eūdem Aug. Ex quo colligit q̄ quicquid agit per aliquā multitudinem: si non est cōcordi ordine totius cetus: & iusticie consensu firmatum inualidū est: & cēsetur esse a priuatis & ad vanas voces populi. Itē est p̄supponendum q̄ nomine populi includunt nobiles: & ignobiles: patricii: & senatores: & in hoc differt a plebe: que solum est plebeorū & ignobiliū. ff. de ori. iur. l. ii. §. nouissime. Ex quibus patet q̄ ad hoc vt aliquid censeat esse factum a populo multa requirunt. sed duo principaliter. Primo vt talis multitudo nihil agat iure p̄hibēte. Secūdo q̄ vnanimi omniū concordia consensu fiat. Ex hiis duobus fundamētis constat inualidū fuisse quicquid per dictos Barones nomine populi actum est. Primo quia non est factum iuris cōsensu: imo iure resistente ex defectu potestatis forme & cause: & hoc est qđ pulchre ait lex in pprio casu de principe cōstituēdo: ait. n. q̄ si constat principem nullo actu ex lege habito: sed solum voce popularium postulatum & creatum sup vacua censeat etiam inualida talis creatio. ff. de appe. l. cōstat. vbi dicit Bar. q̄ inualida est vox populi: nec sufficit ad faciēdum electionē: nisi debita iuris solēnitate: seruata. i. c. Osius. de elect. facit. l. nominationis. C. de

nam q̄ populus potest deponere  
gen. q̄ de cetero nec iura

populus qđ est  
oratio

bona vox popularis.

appel. Secdo. p̄supposita ptate: & forma ac cā sufficiēti: requirebat q̄ oēs de populo seu tres status regni p se aut p pcuratores suos: ad hoc specificē constitutos in tali actu interuenirent: tāq̄ rempu. facientes: alias essent priuate p̄sone. pbatur hoc p cōmunem opi. vel doctrinam iuristarū: que habet: q̄ in re ardua maxime de insti. tuendo principatu aut magistratu: in quo vertit status totius reip. requirit populi & eorū quos tangit expressus assensus: quia q̄ oēs tangit ab oibus debet approbari. l. fi. C. de auct. prest. & l. nulli. & fe. ff. q̄ cuiusq̄ vniuersi. noie. qđ exēplo sacre scripture roborat. Nam dicit Iheronimus. q̄ licet Deus de constituendo principe: Moyse p̄ceptum dedisset: tamen Moyses conuocauit totam synagogam: qđ secundum eum oium animos in vnum cōgregare est viii. q. i. c. licet & in. c. cum ergo. ibi in cōspectu totius synagoge dabis claritatem tuam sup illum: vt presit populo Israel. Ex quo apparet q̄ in constituendo vel destituēdo principatum: presertim alio deposito: requirit sp̄alis toti⁹ populi cōuocatio: & cōsensu. qđ alio euidentissimo sacri eloqui testimonio cōprobat. Nam dicit sacra scriptura: quia reprobato Saule & aregno p pphetā deiecto: venerunt vniuersi tribus Israel. ad Dauid in ebron: ibiq̄ elegerunt & receperunt eum in regem. Ecce inquit vniuersi tribus. secundo regum quinto. facit etiam illa verissima theoria que primo simul est tacta p hosti. & Abb. in dicto. c. in genesi. de elect. quia in actibus cōpetentibus pluribus & vniuersis: seu in collegio vel regno tunc non valet dispositio vel actus: nisi fiat collegialiter. Nec sufficit singulariter p̄stare assensum cuius ratio est fm. Abba. quia cū res concernat collegium: non potest dici vniuersitas nisi fuerit cōgregata & collegialiter id ordinauerit. Est. n. regnum quoddam corpus: qđ representatur per singulos in vnum congregatos. ad hoc. l. mortui. ff. de fidei. & glo. i. l. sicut. ff. qđ cuiusq̄ vniuersi. & plenius per Bar. in. l. aut facta. ff. de penis. Cōstat autem in casu de quo agimus: singulos de regno collegialiter: non fuisse ad hec specialiter congregatos. Consi manē p̄dicta per illam doctrinam Bar. & doct. in. l. ambitiosa. ff. de decre. Ab ordi. & l. quoties. ff. de op. leg. Nam id qđ factum est & approbatū per totū populū:

Adm. q̄ in rebus  
silio populi est actus  
ad ostia. in p̄bina  
Charia. q̄ in p̄bina  
exigunt



non possunt priores aut principales illius populi vniuersitatis reuocare aut reprobare: etiam si habeant generalem potestatem: aut liberum arbitrium. No. etiam Bal. in. l. decernimus. C. de sacro san. eccle. Cum igitur totus populus regni de quo agitur longissimo tempore habuit istum pacifice & quiete pro rege & domino suo naturali. quod etiam fecerunt ipsi magnates qui hanc depositionem attemperarunt: per consequens Patet q̄ non potuerunt eundem regem reprobare: aut deponere. Item constat predictos tres status regni nedum in hoc interuenisse: nec vocatos esse: imo cōtradixisse. Preterea aptissime p̄bat defectus in forma substāiali. Nam in re tanta ex qua vt dixi ipse pendet totus status regni. oportebat morose & cum magna deliberatione p̄cedere. Constat n. q̄ in depositione vnius priuata & singularis persone: requiritur iudicialis ordo & vocatio partis: taliter q̄ plene audiatur. Vnde Aug. nos in quēq̄ sententiam ferre non possumus nisi aut in conuictum: aut sponte confessum vt est in iure vulgatissimum. Nam vt idem Aug. in li. de peni. ait nullus inquit arbitrio suspicionis: vel extra ordinario vsurpato iudicio: sed potius auditus & conuictus condēnari debet. Nec. n. deus Adam de celo expulit: nisi vocatum: & Christus licet sciret Iudam esse furem: nō tamen nisi vocatum & conuictum a se expulit: si. n. vt inquit Canon. deus qui cognitor erat omnium: & notissima sibi erant mala Sodomorū: quorum clamor celum penetrabat: voluit primo iudicare q̄ descēderet: & cognosceret legitimis testibus. an q̄ clamore audierat: opere comprobaretur. dicens descēdam & videbo etcetera: quāto magis homines peccatores: quibus satis esset peccata sua delere: potiusq̄ p̄cipē iudicare vnde sup illo de vtero. audite illos & qd̄ iustum est iudicate: inter limites nemo iudicandus nisi prius auditus: absentem. n. lex non condēnat. & ysidorus: nullum iudices suspicionis arbitrio condēnent. non. n. qui defertur sed qui vincitur reus: & iterum idem ysidorus: de summo bono. c. xv. quidam dum iudicare incipiunt irascuntur: ipsamq̄ iudicandi sententiam odio precipitant: de quibus per p̄phetam. conuerterunt in furore iudicium: quia ante proferunt sententiam: quā agnoscant pro eo

primus de iure diuino

qd̄ mens turbata passione a perscrutatione alienat iusticie: in casu autem depositionis & priuationis regis predicti de qua agimus: Secundum predictum factum propositum: & ea que referuntur. Constat eūdem regem nō esse monitū legitime & debito modo: nec vocatum quomodo & a quo debuit: demū constat eosdem fuisse iudices & accusatores & testes. Item constat in nullo esse regem defensum: quinimo ante de facto depositum q̄ auditū quoq̄ defectū quilibet viciaret & annullaret per illos facta & temptata. Adde nullationes <sup>non nullas</sup> dilationes esse datas: sed infra paucissimos dies: ne dixerim mēses causa tam ardua: qua nulla maior in regno dici posse: ante vt ita dixerim finita q̄ incepta est. Ex quo solo nullitas & inualiditas comprehenditur: quia theorica doctoz est. in dicta l. prolatam: q̄ sententia est nulla quando apparet latam esse infra breue t̄ps: adeo q̄ verisimiliter iudices de meritis cause: presertim ardue informari non potuerūt: & idem fm eos: si fit processus: nō datis copiis nec auditis defensionibus accusati: & p̄cedere eo non expectato: nec comparente. Itaq̄ vt paucis agamus: fuit defectus in iudice in vocatione in accusatione in defensione: qd̄ est de iure naturali. Item in probatione in cognitione in examinatione: & in omnibus que sunt de ordine & substantia cuiuslibet actus iudicialis. & finaliter pretermissa fuit forma & ordo a iure requisitus in procedendo: contra principem: maxime exemptū. de quo in. c. ad apostolice de re. iudi. li. vi. vbi per docto. Est. n. ordo p̄cedēdi contra principes: maxime qui non recognoscūt superiorem: vt primo moneat: deinde legitime & coram papa solo accusetur: Qui monebit aut denunciabit eū: & si non acquiescat: eum excōmunicabit: & si nō se corrigit: tūc suspendit ab administratione. secundū formam. c. grandi de supple. neg. prela. Et si tādē per seuerat: & maxima subest causa: priuabit ab eodē Ro. Pont. aut a principibus de volūate pape qui maior est illis. xc. vi. di. si imperator. vt no. doct. & zambare. i. cle. pastoralis de re. iud. & Bal. in. l. fi. C. de legibus vbi tradit̄ ordo p̄cedēdi cōtra principem: & ibi vide. Nec obstat q̄ datio coadiutoris: vel administratoris

condemnatōe de p̄p̄a  
regi p̄p̄a negligentia



habet locū qñ rex est negligens: etcetera. quia dicimus q̄ fm. no. in dicto: c. grandi. non solum fuit negligentia in rege portugalie: Sed alia delicta graua cōmiserat non tamen fuit priuatus sed datus coadiutor: Nec obstat q̄ crimina regis de quo agitur sunt publica & notoria quia dicimus non constare esse notoria talia que de iure inducunt depositionem: & dato q̄ essent notoria: non tamen notoria iudici competenti vt iudici: nec tali notorietate que tollat omnem defensionem.

¶ Que cause sunt sufficientes ad deponendum & puniendum reges exemptos.

¶ Tertius defectus qui nullam & inuolidam reddit priuationem & depositionem regis prefati a regno suo: est defectus cause sufficientis. Constat. n. neminem puniendum. Nec deponendum fore a regno & dominio suo naturaliter ad eum pertinenti: absq̄ culpa grauissima & sufficienti causa. Cuius veritas sequendo ordinem precedentem deducitur. Et probatur triplici genere probationis. videlicet testimoniis naturalibus: & politicis: siue moralibus: Secundo. Iure humano: & positiuo: Tertio multiplicibus testimoniis & auctoritatibus iuris diuini. Primo sic secundum doctrinam philosophi. in. vii. phisicorū. quecunq̄ fiunt: aut naturaliter aut artificialiter: habēt causam determinatam. Et hinc est quod eodem philosopho teste: in. iiii. phisicorū. naturaliter non fit transmutatio aut resolutio de habitu ad priuationem: aut de esse ad non ens: siue de aliquo ad non aliquod: nisi propter aliquid. Necessesse est ergo aliquam causam magnam precedere: vt transmutatio & naturalis resolutio fiat. Secundo. Aristoteli dicit in libro phi. q̄ operari non contingit sine causa: & subiicit q̄ causa sit sufficiens alterare causatum: q̄ si plures sunt cause: oportet querere causam ultimam immediatam. Rursus naturalia non fiunt a casu seu fortuna: Sed vnumquodq̄ propter quid. i. precedentibus legitimis causis fm. Arist. in. vii. phi. demum in libro de generatione & corruptione: ait philosophus q̄ etiam artificialia & quecunq̄ sunt: ab

que sic sunt necessaria  
in rebus depositis. et q̄  
regia. et casu. et  
et sola. et casu. et  
in. i. p. 89. p. 2.

actu nostro causas habent corruptionis & resolutionis sue: vt sanitas & egritudo. Cum igitur vt sepe dictū est artificialia & politica imitent naturalia: constant q̄ transmutationes & depositiones regnorū & regum: fieri non possunt: nisi precedentibus sufficientibus & legitimis causis. Deniq̄ veritas predicta deducitur & probatur politicis & moralibus testimoniis. Nam fm philosophū in politicis non fiunt transmutationes policiarū absq̄ presidentiū culpis: aut subditorū insolentiis: ille tamen ppter aliquid fuit: veluti propter inhonorationes: aut non preminationes & diuersas alias causas. Demum secundū eūdem philosophū in Tertio. rethorū: legis latores studiosi non puniunt: nisi facientes iniqua digna tali quam quisq̄ patitur animaduersionem. Patet ergo q̄ princeps non potest recte aut iuste puniri aut deponi siue priuari per suos subditos dominio naturali ad eum pertinenti: sine vrgētibus necessariis causis dignis tali animaduersione & pena.

¶ Secundo predicta veritas aperte probatur testimoniis iuris positiui: in qua parte non est insistendum quia omnia iura clamant q̄ nullus puniatur sine culpa: & pena debet tenere suos actores. Itē nec ideo aliquis priuatur dominio ad eum iure naturali pertinenti: eo q̄ sit diffamatus de quibusuis criminibus: Sed debet cōltare coram competenti iudici: & per legitimas probationes de veritate criminum. Ideo dicit lex: oportet prius de crimine constare: & super eo pronunciare. l. eius qui delatorem. C. de iure fisci. nec quis dicitur malefactor nisi talis probeat. ff. de penis. l. in capitalibus. §. si.

¶ Tertio predicta veritas deducitur & probatur: multiplicibus testimoniis & auctoritatibus iuris diuini. Et primo sic: omnia iudicia humana summere debent formam: regulam: & exemplum adeo iusto iudice: quia ipse est iusticia & veritas: qui ait ego iusticias iudicabo: qui licet sit dominus vniuersorum & licitum esset illi: vt libet figulo facere quod vult de creaturis suis: vt tamen nobis exemplum prebeat non punit aliquem absq̄ causa & culpa: hinc dicebat Iob. vere omnium deus non condemnabit frustra: q̄ nec omnipotens subuertet iudicium. Iob. xxxiii. Et propheta



ait absit a te domine: vt perdas iustum cum impio. Quinimmo ipse punit punientes & affligentes sine causa: quia scriptum est percussisti omnes aduersantes mihi sine causa: psalmo. iiii. licet. n. notissima essent delicta sodomorum in conspectu diuine prouidentie: voluit tantum deus q̄ causa ipsa future punitionis eorum: iudicialiter examinata & probata esset: & per rectum iudicium determinata, inquit: descendam & videbo vtrum clamorem qui venit ad me: opere compleuerint. vt habetur Genesi. xviii. & supradictum est. Quarto testimonio noui testamenti: Predicti veritas probatur. Nam ex parabola Christi patet q̄ dominus habens villicum non condemnauit illum eo quod esset diffamatus quia bona dissipasset sed voluit scire & intelligere causam dicens: quid est quod audio de te: redde causam & rationem villicationis tue. Quinto qui iudicant principem suum: bonum obedientie offendunt: iusticiam & equitatem peruertunt: dum a suis sibi obediri volunt: quam obedientiam superioribus non exhibent: Immo contempnunt. Nam teste Aug. nil iniustius: nihilq; iniquius esse potest: q̄ velle sibi obtemperari & nolle obedire superioribus: & Ber. hec regula generalis est: quia indifficilioribus agendis: omnis obedientia gratior: quam preuaricatio grauior iudicatur & sequitur ergo superiorum contentus damnabilior: quā actus qui geritur laudabilior extimatur. Ex quibus probatur, neminem iudicandum: sine maxima ac sufficienti causa: & vrgentibus ac exigentibus vris & non confictis de meritis. Qd si in omnibus iudiciis obseruandum est: longe magis in casu presenti: vel simili: vbi de salute rei publice de principatu euertendo: vbi de statu regiminis immutando vbi de capite a membris separando: Immo destruendo agitur quo nullum maius negocium in vnaquaq; repu. accidere potest. Et ideo prouidentius & maturius & grauius in eo procedendum est: quia iuxta iuris regulam. vbi magis periculum vertitur ibi cautius est agendum: quid enim grauius: quid periculosius: quid deniq; monstruosius esse potest: quam

obediencia superiori

vt membra in caput insurgant. & illud contumeliis iniuriis & penis afficiant: contra illud quod scriptum est: caput tuum non discoperies. leui. xxi. Est. n. princeps caput populi sui: iuxta illud constitues eum in caput gentium. psal. xviii. Presertim quia teste scriptura qd̄ contra caput tentatur: in periculum membrorum redundat. vt dicitur Iosue. secundo necesse est. n. teste propheta: vt sentiamus comotionem capitis in populis. Ex quo sequitur q̄ ad subditos: veluti ad membra expedit p̄tegere non offendere caput: quia scriptum est. manus tue erunt super caput tuum: vt salues illud. Ihere. secundo. insanus certe est: qui caput etiam egrotum & dolens potius vult amputare q̄ curare: a bonis igitur atq; disciplinatis & ordinatis membris caput oleo & pacificis medicinis curandum est: non eruendum. Confirmantur p̄dicta testimoniis & rationibus politicis & moralibus. Nam Aristo. in. v. politicorū vbi agit de causis corruptionis & transmutationis policie: monarchice & regalis dicit. q̄ licet iniurie despectus & non premiationes: soleant esse cause seditionis in tali policia. nihilominus ait: q̄ si subditi sunt boni virtuosus & fideles: licet videant alios non virtuosos nec bene meritos a rege p̄honorari. Nec virtuosus premiuntur secundum suam dignitatem: non tamen insurgunt contra principem. Nec faciunt seditiones p̄pter tres causas. Prima quia sciunt q̄ si insurgunt contra regem erunt dissensiones in regno: ex qua re erit damnum & periculum boni communis: ad qd̄ ipsi principaliter intendere debent. est. n. necesse occurrant guerre: & terre manebunt inculte: sicut depredationes inuasiones & cedes per contententes de principatu: oriuntur sterilitates: & tandem reducunt homines ad inopiam & desolatur regnum. Cum autem Barones & subditi fideles & virtuosus sunt p̄dicta considerant. vnde cum potius diligant bonum commune: quia proprium tolerant despectum & iniurias & inhonorationes: & non insurgunt contra regem: nec faciunt seditiones. Secunda ratio est quia cum rex sit lex nata in regno: p̄dicti virtuosus subditi sciunt: q̄ quem admodum mutatio legum est valde damnosa reipu. quia inter alia mala impedit: ne leges vertantur in consuetudinem: per quā

rex regit populum

Caput amādas nō amputat  
H. d. d.

ne quis debeat motu  
ne populus insurgat ad  
uerfus p̄m̄ip̄m̄



leges roborantur. ut ait philosophus in. iiii. politicoꝝ. Ita sciūt q̄ mutatio principatus est valde periculosa & dānosa regno: tūc pp̄ damna predicta: tum quia impedit ne subditi diligant subditos: nec ab eis diligantur. tum quia assuescere facit subditos ad resistendum & rebellandum principibus suis: qđ est grauissimum malū in regno. secundum eundem philosophum in primo. rethorico: vbi ait q̄ non tantum nocet infirmo resistere medico: quantum nocet regno: q̄ ciues insuescant non obedire: aut insurgere contra regem. Tertia ratio est quia fm̄ eundem philosophum in secundo politicoꝝ. quando regi subtrahuntur honor & obedientia: prouocatur ad iram. ideo dicitur secūdo retho. q̄ potentes maxime irascuntur: hiis qui consueuerunt eos honorare: si non sic se habeāt. cuius est ratio: quia non obediendo: vident eum despiceret: quare merito irascuntur: ex ira autem & indignatione regis non nisi scādala veniunt: quia scriptū est: ira regis nuntius mortis. Ex quibus oibus concludit: non esse licitū nec expediens: subditis in principem suū insurgere nec actum iurisdictionis in eum exercere:

**C**An rex scandalizans tempu. regni possit deponi.

**S**ed obiicies. quia scriptum est si oculus tuus vel pes tuus scandalizet te: erue eum & proiice abste. Si ergo princeps scandalizat populū tollendus est: ne totū corpus reip. inficiat. quia scriptū est puerbi. v. iniquitates sue rapuerūt impium: & funibus peccatoꝝ suoz vnusquisq; constringit. Sed dicendū est: q̄ polieratus in. vi. li. respondet huic obiectioni. ait. n. q̄ recte dixit Christus si oculus tuus vel pes tuus. & sic loquit de membris: non dixit si caput tuū: Immo p̄ ysayam dixerat caput esse curandū: qa omne caput languidū & omne cor merēs vsq; ad verticem non est in eo sanitas. fatendum est ergo: quia si in politico corpore aliqui scandalizant tempu. eruendi sunt: vt capitis & membrorum incolumitas conseruetur. Secus in principe qui est caput reipu. ex cuius incolumitate Salus pendet membrorū: vt dictum est. Hic. n. tollerandus est non tollendus: honorandus non conuiciandus: q̄s. n. subditoz iudicabit eum quem dñs honorare voluit etiā iniquū & reprobū. Nam vt ait polieratus. vicia principū tollerāda sunt non tollēda:

*m. rex scandalizans tempu. regni possit deponi, et q̄nd. s. debeat tollerari, q̄d n. in m. greg. s. q̄ f. sum. oia que n. g. m. s. supra d. d. p. m. d. m. v. p. p. a. n. c. h. o. p. s. u. s. e. p. o. n. i. a. s. s. e. z. u. t. f. m. s. e. t. v. l. e. t. a. g. r. e. s. m.*

quia vt dici solet sine lesione vngū: non facile remouetur robur a Leone: si. n. inquit polieratus insensibile principis itatūa quis presumit offendere: crimen incurrit maiestatis: vt veteribus placuit: quanto grauius peccat qui principem imaginem dei in terris iudicare conatur. Si. n. solum maledicere principi qđ in verbis consistit: non paruū sacrilegiū est: quanto magis iniuriis personalibus eum afficere: & a regno expellere. de quo scriptū est. principem populi tui nō maledixeris. Rursus si sola cogitatio aduersus principem phibetur: quanto minus licebit in opere iniuriarū. Scriptū est. n. per sapientem. In cogitatione tua regi non detrahas. & in secreto cubiculi tui nō maledixeris. quia aues celi portabūt vocem tuam. & qui habet penas annunciabit sententiam. Ecce q̄ sola cogitatio: & secreta cordis sentētia arceet a subditis. Et si obiectionem iterum per alia verba quia oia que superius dicta sunt loquunt de bono Innocenti & virtuoso principe: cui certe obsequendū & obediendum est: secus de iniquo facinoroso & tyrāidem sectāu: quia ab illo recedendū est: ne subditos inficiat: de quo scribit nunc. xvi. recedite a tabernaculis hominum impioꝝ: ne contaminemini in peccatis eoz. Prefertim quia tales vident signare Canon. iniquus qui regiminis in se rōnem non habet: nec sua delicta corrigit vt canis impudicus abiiciendus est: dicendū est q̄ obiectione predicta solū locum habet fm̄ quosdam: in rege principe a fide deuo: nec tollerato: q̄ vt talis non per eos sed per eū q̄ potest pronūciatus & declaratus est. Secus de aliis malitiis & criminibus tunc defectibus: quecūq; illa sint. vnde ysidorus. in li. de sūmo bono. c. xxxix. nō est inqt a populo iudicandus presidens inordinatus: dum magis nouerint sui esse meritū pueri regis suscepisse principatū: & subdit rectores ergo iudicandi adeo sunt: a suis aut subditis nequa q̄ iudicandi. q̄ si a fide deuiauerit: erit a subditis arguendus: pro moribus vero reprobis potius tollerandus q̄ distringendus populo. Hec ysidorus. Ecce q̄ etiam si a fide deuius dicatur: tollerandus est. non a populo iudicandus: quādiu per sedem apostolicam & ecclesiā tollerat: ad quam pertinet de ea re cognoscere. in. c. quotiens. xxiii. q. iiii.

*o. b. i. e. c. t. i. o*  
*Seruo magna restituo*  
*plis no p̄m sū. sū. d. r. e. d. e.*  
*d. a. e. p. s. l. a. s. s. z. p. e. r. e. e. t. u. m.*  
*tyrā. d. i. q̄. e. o. m. d. e. e. f. e. r.*  
*q̄. g. r. e. s. s. z. s. o. n. e. a. u. t. h. e. s. t. e.*  
*q̄. o. i. s. a. u. t. o. r. u. m. p. o. n. t. i. c. i. e.*  
*q̄. o. i. d. e. i. n. l. i. d. e. s. y. z. a. m.*  
*q̄. f. a. t. i. a. l. i. u. s. e. t. p. v. d. e. s.*  
*q̄. e. q. u. e. s. i. t. p. r. o. v. i. n. f. i. n. e. d. i. z. s. t. e.*  
*q̄. h. o. d. e. g. e. s. s. i. t. e. t. a. l. i. o. s. v. t.*  
*q̄. o. i. d. e. i. n. p. r. o. g. e. r. g. a. t. e. n. e. r.*  
*q̄. o. i. n. g. r. e. s. t. e. s. t. i. n. g. e. r. e.*  
*q̄. u. i. a. m. y. n. e. s. a. u. t. n. o. g. h. e. r. e.*



multa sunt que cogunt subditos  
tollerare debent. Sicut  
per in ipse. p. vno non

**C**ogunt multa cogunt subditos tollerare reges & principes suos: etiam si delinquant.

**S**ed ut hic articulus magis ex radice videat: presupponimus quod plurima sunt que cogunt subditos tollerare reges & principes suos: etiam si in aliquibus culpis & delictis reprehensibiles existant. Primo, non considerare debent subditi quod ipsi plurima a filiis suis: ab vxoribus: vel amicis sufferunt: multa denique etiam ab inimicis tolerant: nec illa diuulgant. Sed nec propterea eos accusant: aut a se proiciunt: sed illa occultant. quod multo magis obseruare debent: cum aliquid criminis in auribus suis de eorum superioribus insonuerit: vel patuerit. Pro ut pulchre deducit Aug. in Epistola ad plebem yponensem: exponens illud psal. aduersus me insultabant quod sedebant in porta. Si. n. illi propinquos & amicos tantopere saluare satagunt: nec eorum prudenda discoperiunt: longe magis id facere debet erga principem suum. Pro cuius saluatione: patriam relinquere: parentes & filios vendere: & si necesse est: occidere possumus. maior. n. fortitudo & virtus est: tollerare principem quam vincere: sufferre: quam iudicare. scriptum est. n. melior est patiens viro forti & qui tollerat multa gubernabit sapientia. puerbi. xiiii. Principes. n. potius tollerantia: quam resistentia flectuntur. de quibus scribitur per sapientem: in longanimitate limetur princeps. puerbi. xix. Secundo considerare debent subditi: quod populus spiritu sancto edoctus: attendensurbationum desidia & pericula: que imminet ex rebellionem & inobedientiam ad principes suos: considerans etiam quod deo obediunt cum principibus obsequuntur: per quem reges regnant: quia non est potestas nisi a deo quod districte precepit obedire principibus nostris: subdens non solum bonis sed etiam discholis. ad hebreos. xiiii. exemplo Christi: qui hoc docuit verbo: pariter & exemplo. Ipse. n. preuidens aliquos futuros principes: etiam sedentes in cathedra Moyse: vita & moribus de futuros: ostendit esse a subditis tollerandos. dicens: quecumque dixerint vobis facite: opera autem illorum nolite facere. in quo aperte demonstrauit delicta principum tolleranda a subditis. Prefertim pro conseruanda pace. Vnde beatus. Grego. per pulchre ad propositum ait. admonendi sunt subditi nedum superiorum culpas considerant:

contra

contra eos audatiores fiant: & sequitur quasi ad casum nostrum & si qua valde sunt presidentium praua opera apud semetipsos diiudicent: ut tandem diuino timore constricti ferre ab eis iugum reuerentie non recusent. & sequitur. facta quidem superiorum ferienda non sunt: etiam si recte reprehendenda videantur. Ecce inquit. si qua valde praua opera presidentium fuerint. que verba utinam considerassent Barones & prelati: qui linguam & manus ultrices in principem & regem ponunt. Hinc canon Tolletani concilii ait. quia cum omni mansuetudine obedientia ad presidentem seruanda est. etiam si vix ferendum ab illis imponatur iugum. tamen ferendum est. & pia mansuetudine tollerandum. in. c. in memoriam. xix. dist. & in alio Canone dicitur. pacientissime tollerandum est: quod a superioribus imperatur. etiam si quod absit iniusta correctio procedit. in. c. contra more. c. di. demum succedit pulchrum diuinum testimonium: hoc ipsum aperte probans: de quo scribit beatus Fabianus. & habet in. c. non discernimus. i. q. i. quoniam saul si malus & iniquus erat: tamen David non recessit ab eo: quod vite eius iniuste insidiaretur. Vnde dicitur tex. quod Saul non habebat Innocentiam: Sed habebat Sanctitatem: non vite: Sed misterii regii. quod etiam in malis principibus existit. Quare subdit David regem suum honorauit viuum. Et vindicabit occisum. Denique Saul ipse rex licet iniquissimus & reprobatus foret. Nihilominus populus eum tollerauit & ipse populum iudicauit: quousque per suum sacerdotem iubente domino David fuit assumptus. Salomon quoque qui deos adorauit tamen vniuersus populus ad eius iudicium confluebat. ut habet in libro regum. & transfert gratianus in. c. sacerdos. iiii. q. vi. Preterea super illo verbo. prima petri. ii. omnes honorate dicitur glo. etiam si mali sunt: qui vobis presunt: debitum eis obedientie & reuerentie honorem non subtrahatis. Sed loquendo expressius in principibus & potestatibus regalibus & secularibus. hoc idem dicit glo. super illo verbo ad rom. xiiii. omnia aia subdita sit sublimioribus potestatibus. ait. n. sublimioribus potestatibus: non solum bonis sed malis: in eo quod sublimes sunt obediendum est. Que doctrina confirmatur pulchre per sanctum Tho. in li. de rege & regno. ait quod longe melius & vtilius est tollerare & sufferre in principem tyrannidem: que non sit

supra p. bis graue tolle  
Lindus. in tege. t. q.  
in nobis iniquis non est  
obediendum. v. in romo.

Q



nimis fortis & excessiua: q̄ insurgere contra eum: quod non p̄t fieri nisi regnum exponat multis periculis: que sunt grauiora ipsa tyrānide. Nam subdit q̄ potest contingere: vt qui contra tyrānū agunt preualere non possint. & sic prouocatus rex magis seuiet: nec solū sunt pericula: dum rex aut tyrānus expelliē: sed etiā post expulsionem dum circa ordinationē regiminis magnates diuidūtur in partes. Nam s̄m eūdem sanctus Tho. contingit etiam vt secundus rex: qui tale regnū accipit expulso rege iniquo timens pati: qđ vidit in p̄decessore grauiore seruitute subditos opprimat. Sicut legit̄ de expulsiōe tyrāni Syracusani. Predicta sanctus Tho. probat auctoritate diuine scrip. Nam in veteri testamento legunt̄ occissi illi qui expulerunt & occiderūt Iohas: regem Iuda: quāuis ydolatram & iniquū: quia periculosum esset regno: si priuata presumptione aliquid attēptarent contra reges etiam tyrānos: & concludit q̄ propter talem expulsionem aut presumptionem: maius iminet populo periculū: etiam de receptione boni regis: q̄ sit remedium de subtractione tyrāni. maxime quia vt idē Tho. subiicit: non pertinet ad mansuetudinem X̄pianā insurgere cōtra principes. Nā docet nos petrus apostolus non solū bonis & modestis rectoribus obedire: & subditos esse: sed etiam discholis. & subiicit sanctus doctor: q̄ licet multi Romanorū imperatores: fidem X̄pi persequerent̄ tyrānice: & magna multitudo mobiliū esset ad fidē conuersa: non tamen surrexerūt contra principes suos: sed potius tollerando Martires X̄pi effecti sunt. sicut illa glo. Thebeorū. societas fecit: & subiicit q̄ etiā in veteri lege legūtur puniti & occissi illi qui Iohas regem Iuda principem suū occiderūt. quīs reprobus & tyrānus & a cultu dei recessit. Rursus coniurantes contra regem Amon: licet reprobū & ydolatram iuste tamen percussi sunt: quia in regem suū & X̄pm dñi insurrexerūt. vt habetur regum. xxi. Et tandem subiicit Sanctus Tho. q̄ dato q̄ magna esset seuietia & iniquitas regis tyrāni: nec remediū adhiberi possit. Recurrēdum est ad summū regem: vt cor regis tyrāni crudele auertat in mansuetudinem. Ipse. n. regis assueri crudelitātē in mansuetudinē vertit. Ipse est qui Nabuchdonosor crudelem regē in tantam deuotionē

conuertit: q̄ factus est diuine p̄uidentie potentie p̄dicator ipse est qui populis ad se confugientibus p̄pter tyrānidē principis dixit: liberabo gregem meū de ore eorū. Confirmat̄ hec doctrina sancti Tho. quia p̄pter turbationē & scandalū vitandū: grauiā sepe delicta manent impunita: no. de renūciatio. nisi cū pridem. & de no. ope. nuncia. cum ex iniuncto. de tēpo. or. ad aures. Est. n. cōis snia theologorū & iuristarū. q̄ qñ multitudo aut qui preest multitudini est in causa: vtilius omittit̄ punitio quā fiat periculosa castigatio. Vnde Aug. li. ii. contra epittolam permeniani. ait. non p̄t esse salubris punitio qñ qui corripit̄ habet sociā multitudinē: aut scādalum formidat̄. habet. in. c. non p̄t. xxiii. q. iiii. vbi ait archi. q̄ qñ is qui preest habet sociam multitudinē: cessandū est a punitio ne. Sed debemus gemere & dolere de peccatis illoꝝ: & deū rogare vt ab eorū p̄secutione nos liberet. Item idem Aug. vt habet. in. c. quidam & c. cum quis eadem. cā. q. v. dicit. superiores ita demū sunt corrigendi si pace salua id fieri p̄t. Idem ait in. c. i. eadē. cā. & q. addens q̄ tollerādus est superior: ne dū vnus punit̄: plurimi scādalizent̄. & xxvii. q. vii. c. primo. dicit̄ plurimos tolleramus: quos sine scādalo corrigere nō valemus. Et hinc est qđ dicit̄ sanctus Tho. 2. 2. <sup>q̄. 2. 2. articulo primo. q̄ qñ princeps delinquit: si scādalu timetur ex punitioe tolleranda sunt delicta quā maius scādalum & dānum reip. timeat̄ ex punitioe: q̄ vtilitas ex condēnatione. xi. q. iii. §. qđ ergo. liiii. di. generalis. & l. di. c. primo. Cū. n. punitio principis ordinet̄ ad bonū reip. si puniendo magis ledit̄: cessandū est. arg. l. q̄ fauorē. C. de leg. Nam ait lex q̄ p̄ cōi vtilitate reipu. aliqñ delicta manent impunita. ff. ad. l. acq. l. ita vulneratus in fi. Qui aut̄ aliter agunt dum vnū punire putāt: totam rēp. euertunt. Et vt inquit Canon: quasi p̄ casu p̄nti: dixit hoc non est cōsulere populo: sed nocere: nō prestare regimē: Sed augere discrimen. Et subdit: reuerētia. n. presidentiū: salus est subditoꝝ. lxi. di. miramur viii. q. i. c. licet & c. fi. Item non obstat q̄ qñ scandalū nascit̄: nō ex ignorantia sed malitia & obstinatione: iusticia non est obmittēda. q̄ hoc noceret bono cōi cū daret malis audaciā delinquendi. Nam facilitas venie initiū tribuit delinquēdi. de vita & hone. cle. 6. vt clericorū. Ad qđ dicimus q̄ vt habet. in. c. vt cōstitueret. l. 6.</sup>



di. pp diffensiones & dissidia nō huius vel illius hominis periculū  
 sed populorū strages timeat: detrahendū est seueritati. Siue ergo scā  
 dalum ex ignorantia aut ex infirmitate siue ex malicia oriat: seueri  
 tas punitionis debet dimitti. Si itaq; ex depositione talis regis arti  
 culo & dignitate regali imineret populorū strages: ppter scandalū  
 vitandū seueritas iusticie depositionis dimittēda est. alias correctio  
 aut depositio regis que in fauorē boni cōis permissa est: militaret  
 in dānum & scandalū eiusdē reip. & boni cōis. Nec obstat q̄ ista  
 crimina que (asserit) regē cōmississe. sunt grauissima q̄a dicimus  
 q̄ si legitime cōitaret regē illa cōmississe graui sunt: sed: & i illo  
 casu nō p̄tineret cognitio ad Barones: vt supra diximus. Verum  
 tamen de eis non aliter cōstat: nisi q̄a isti Barones qui in regē con  
 spirant eum de p̄dictis diffamant: & fecerūt se accusatores pariter  
 & iudices eorū delictorū que confixerunt. Idē. n. est nō esse & non  
 apparere: non. n. dī q̄s delinquens aut malefactor: nisi constet per  
 ficiam eū talem esse. Nec dī culpabilis is contra quē nihil iuridice  
 p̄batū ē. ff. de penis. l. rei capitis. §. si. & c. solet de sen. excō. & ibi  
 Inno. facit qd̄ no. Bal. i. l. raptores. C. de epis. & cle. cum etiam si  
 aliq; apprehendat in delicto non tñ iudex p̄t eū punire nisi post  
 legitimas p̄bationes. ff. de re. mili. l. iiii. §. sed ad diē. Sed dato q̄  
 verē esset q̄ cōstaret regem talia cōmississe. non fuit incipiendū a  
 priuatione & expulsionē sed a monitione superioris ac ab excōica  
 tione. vt supra tetigimus in sc̄do defectu. facit ad hoc q̄a vt supra  
 deductum est. rex & princeps de quo agimus & reges illius regni  
 obtinent regna. & sunt dñi regnorū de iure naturali & gentium.  
 Constat tñ q̄ etiā si delinquat & abutatur dñio illo: etiam tyrānice  
 p̄cipatū exercēdo & in populos seuiēdo: nō priuabit iurisdictione:  
 nec priuabit regno. q̄a ppter abussū rei nō priuat q̄s dñio rei  
 naturali ad eū p̄tinēti. ff. de cur. fur. l. i. & l. is cui. ff. de verb. ob.  
 ¶ Est itaq; monendus p̄ superiorē & tandē excōicandus. fm̄ p̄di  
 ctum ordinē iuris: cuius p̄missio viciat actum. depositio. n. cū  
 sit pena capitalis: penis non debet infligi illustrioribus personis:  
 nisi tēptatis aliis viis & censuris ppter pericula iminētia: vt supra  
 tactū est. Et in talibus capitalibus penis deferē magnis viris. vt. c.  
 quecūq;. xxiii. q. i. no. in. c. sane in glo. de offi. dele. vnde scriptura

oia est de multa fine q̄  
 si à solū p̄p̄ rex s̄i d̄  
 p̄nēdus n̄. Cuius debent  
 ē ANSA h̄os et scandalū  
 mo h̄os.

in capitalibus penis deferē  
 magnis viris

sacra improbat eos q̄ simili pena seruū cū dño puniunt. ait. n. ab  
 illis popularis homo regis similia patiebat. Et hinc est q̄ notanter  
 dicit Inno. in. c. ad aplice supraallegato: sup verbo grauissima. q̄  
 principes nō debēt priuari sine maxima & grauissima cā. vltra qd̄  
 dici p̄t q̄a vt p̄missum est p̄cipes deponi nō possunt: sine maxi  
 mis periculis. nec est simile in depositione p̄latō: qui p̄ quolibet  
 peccato mortali deponi possunt ppter rōnes iam dictas. p̄ vt no.  
 Bal. in dicta. l. fi. C. de legi. Ex p̄dictis igiē patet manifeste oīa &  
 singula facta iudicata & attēptata p̄ tales magnates p̄latos & mili  
 tes talis regni cōtra regē & dñm suū naturalē: esse nulla iniusta &  
 iualida & oī iure dānata: pp̄ multiplices defectus & nullitates. Pre  
 fertim ex defectu p̄tatis: auctoritatis: & iurisdictionis: ac ex defectu  
 forme substācialis & cāe sufficiētis. Et p̄ cōsequēs sicut p̄ illos apud  
 quos nulla erat auctoritas de facto sunt attēptata: ita per hñtem po  
 testatem v3. sedem aplicam ad quā imēdiate regū punitio p̄tinet:  
 ante oīa de iure sunt reuocāda & annullāda. Nam vt inqt Canon  
 qd̄ cōtra iuris auctoritatē vsurpat: p̄ iura solui merent. x. di. vides.  
 Demū talis rex ante oīa est restituendus & reintegrāndus ad titulum:  
 regnum & ad prouincias: Ciuitates: oppida. & castra: quibus de  
 facto fuit expoliatus.

principes nō s̄nt depo  
 nēdi sine graui cā  
 n̄ ait in d̄ca.

FINIS.  
 DEO GRATIAS.



Ec ad te. R. P. ac dñe Prestātissime laci⁹ q̄ putauī.  
 Nam qui Paucis me absoluere decreueram libellū  
 cōfeci. Sed verē est quia in arduis rarisq; materiis:  
 calamū cōtinere fas non est. Plerūq; n. ipsa breuis  
 trūcataq; scribendi auiditas: maiorē affert dicendi  
 copiā. Et vt aiūt nequeūt magna paruis explicari Syllabis. Digna  
 bis ergo tua. R. P. ea ipsa que incompte & isulse a me scripta sūt:  
 tuoq; dicata nomini: eius sapiētie vibramine & singularis ingenii  
 calamo: corrigere: minuere: addere: & emēdare. Cum. n. veritatis  
 sit amica simplicitas. Nec veritas q̄rat angulos. Decreui veritatē  
 articuloꝝ & q̄onum de q̄bus actū est: simplicib⁹ rudibusq; sermo  
 nib⁹ potius eruere & elucidare: q̄ psuadentiū more exquisitis ver

Veritas est simplicitas  
 n̄ in m. nec angulos q̄rat



## PARS

*in fine peritis magis pondus  
signate requirit, quod & do  
et modo crederemur.*

bis absq; rerum ipsarum fructu eloquentiã ostentare. que in hoc scholastico scribēdi genere ob diuersam argumentorū rationum: item p̄bationum: & demū solutionū diuersitatē: plene obseruare nequiu. Memor illius nostri Lucii Senecæ snic: longe sancius esse studiosis viris indigere: vt ab eis scripta pondere sniarum cum dicendi mediocritate poleant: q̄ foliis elegātium verborū sine fructu splendere videantur. Adde quia in doctrinalibus seriosisq; rebus verba composita aliqd̄ habeant innanitatis & vacui: in grauib; vero materiis iuxta sapientum snias: verba veritati cōgruentia nō oris elegancia eligēda sunt. Nam & sermonis simplicitas suspitionem consueuit purgare mendacii. Valeat fœliciter & votiuē eadē vestra. R. P. Quam altissimus conseruare dignetur. Amen.

Impressum Romę apud Stephanū Guillireti/Romanę Accademie Bibliopo. Anno dñi. M.D.XXI. die. iiii. Mensis Octobris Triumphante Diuo Leone. X. Pontifice Maximo Anno eius Nono.

ABCDEFGHIJKLMNO P Q. Omnes sunt terni preter. Q. qui est duernus.

